PAVLI MVSCONII
Archipresbyteri
Soncini
MARIADOS
Libri III.

Postrema hac editione ad commodiorem formam redacti.



Superiorum auctoritate.

BERGOMI, Typis Comini Venturæ

cIɔ Iɔ c I.

Perill. ac R. admodum
Domino

MAXIMO
PEREGRINO
ECL. PRÆP. TRIVILLII

Præposito integerrimo,
Prothonotario Apostolico, Dominoq;
meo colendissimo.

TAntum abest, vt verear mirari de me homines eruditos, quod tantum temporis, & operę ponā in excudendis Chri-

ſtianorum carminũ libris, vt etiam ſperem non mediocrem me ab eiuſmodi ſtudio meo laudem eſſe conſequuturum. Si enim Ethnicorum carmina, quæ non parum vel obſcęnitatis, vel etiam impietatis habẽt, tanti ſolent eſſe apud omnes propter ſolam phraſis Latinæ puritatem, & elegantiam, quanto maiori ſingulis Chriſtianis venerationi debent eſſe, quantoq; diligẽtius a nobis, & ſępius imprimenda, & vbiq. locorum, & gentium ſunt diſſeminanda Poëmata, quæ pręter carminis maieſtatem, ſunt etiam veræ pietatis pleniſſima? e quorum numero, quanto ceteris omnibus accidere gratiora debent hæc Pauli Muſconij Poëtæ celeberrimi de Virgine Deipara, quã idem Deus

Opt.

Opt. Max. uoluit esse nobis perfe-
ctissimũ Christianæ pietatis exem-
plar, & absolutissimam normam
omnium virtutum? quod quidem
Opusculum iam tertiò a nobis im-
pressum, vt legẽtium, quatenus per
nos fieri potest, commodo consu-
leremus, placuit & in hanc perbre-
uem formam redigere, & Tibi re-
ligiosissimo Viro dicare. pro certo
enim mihi persuasi fore, ut aureus
hic Liber, si tuum nomen honestis-
simum preseferret, alacrius etiam,
quàm antea factum est, & libentius
fidelium manibus tereretur, & in
omnes Orbis partes, quasi Thesau-
rus quidam circumferretur. Doctri
na enim, & pietas tua singularis,
quæ te iure optimo ad tam insignis
Prępositurę gradum euexit, non

me, religiosissimum hoc opus pro tua singulari pietate suscipias, argumentum quidem maximum meæ in te obseruantię: meq; ipsum tuas præclaras uirtutes admirantem, in tuam clientelam benigne recipias. Bergomi ex nostra typographia Idibus Iunij. clↄ Iↄ c I.

Cominus Ventura.

PAVLVS MVSCONIVS
Archipresbyter Soncini
Christiano Lectori. S. D.

A Quo die curam regendarum animarum fidei meæ creditã suscepi duo in primis ad bene beateq́, ideſt Chriſtiane viuendum illis maxime neceſſaria cum iudicarẽ, ſacræ doctrinæ explicationẽ & aſſiduã Sacramẽtorum perceptionem, ſedulam quoad eius fieri potuit, vt fideliter utrunq. apud me fieret, operam dedi. In eo autem munere obeundo quid hactenus egerim, fidem facere poſſunt ij, qui cum antea vix ſemel ſingulis annis ad Euchariſtiæ ſacrum percipiendum accederent, nũc omnibus feſtis diebus, & plerunque tertio quoque die nobis miniſtrantibus ſacra hæc ſalutaria percipiunt. Quæ autem ad veram, & perpetuam felicitatem aſſequendam neceſſario & cognoſcenda & credenda ſunt, ac ſuſcipienda, ea nos populo eius rei cauſa cõuocato, ex ſanctiſſimorum hominum ſcriptis deprompta, & collecta frequenter, & quàm apertiſſimè exponere ſolemus. huius aũt generis ea etiã ſunt, quæ hoc Poemate, qđ nunc in manus hoĩum venire permittimus, cõprehenduntur Etenim cũ remotus ab oculis populi nõnihil ocij aliquando nactus eſſem, ea to-

to

ſi, quorum memoria & cogitatio haud facile eſt dicere, q̄ ad deteſtanda ſcelera, & ad mores rectè cōponendos non cōmouerent, & quibuſdā quaſi ſtimulis ad capeſſēdam rectè factorū viam impellerēt, cōtemptisq́; his caducis & fugacibus bonis, ad Deum vnum Opt. Max qui eſt vera noſtra requies, & ſummū bonum quantū datur pro viribus, p̄ iuſtitiā, cæterasq́; virtutes obnixè contendēdum eſſe, mentēq́; noſtram, ſpē deniq. oēm in illo vno collocandam ſuo exēplo nō ſolū hortarētur ij, quorū facta verſibus p̄ſtrinximus, ſed etiam quodāmodo iuberēt, ac cogerēt. Sed erūt fortaſſe, q laborē hunc noſtrū, quicunq. ſit, vt ſupuacaneum, & nihil vtilitatis afferentē reprehēdant, plurima id genus opera nō vulgaris noīs celebrari obijciētes, qui mihi uidētur nō ſolū viuis, ſed etiā mortuis inuidere. quaſi verò taliū virorum, quorū ſcripta nos etiam ſuſpicimus, gloria his noſtris imminui poſſit, aut nō liberū ſit vnicuiq. modo ſtudeat cum voluptate prodeſſe, ſcribendi materiā, q̄ ſibi maxime placuerit, potiſſimū ſumere, atq́; deligere. neque n Quintilianum de arte Orat. ſuos libros ſcribentē Cic. autoritate, atq. eloquētia in eodē ſcribēdi genere verſati deterritū fuiſſe legimus. ideēq́; ab alijs p̄ſtantiſſ viris sūma cum laude factitatū fuiſſe, vt aptū

& pspicuum dedita opa pterimus. Ego verò
qui nō modo ocio turpi et desidia languere no
lo, sed etiā uti plurimis psim enitor, si in hu
iusmodi rephensiones incurro, nō valde mo-
ueri aut possum aut debeo Sed vt aptius tecū
humaniss. Lector loquar, Vita B Virg. &
Dei matris, cui nō scripta & hac q̄ nūc apud
nos vulgaris est & latina oratione? eam nos
scripto legib et numeris poeticis astrictos, qd
genus scribēdi multos solet delectare, cōplecti
statuimus Quae res num ita nobis successerit,
vt aliorū iudicio noster hic labor pbetur pla
nè ignoram⁹. mihi satis erit voluisse elegāter
& ornatè rē susceptam p ipsi⁹ dignitate pfice
re, etiā si vires in medio cursu oneri succūbē
tes me meae defecerint. Idē dicēdum de Vir
ginib p Christiana pietate varijs cruciatib.
affectis & extinctis nullus in orbe terrarum
angulus est, in quo earū historia nō legatur ab
his, q nōie Xpiano cēsentur, & utiliter edi-
ficatur q tamē earū tormēta et mortes elegia
cis uersib. cōplexus sit, adhuc qd sciamus legi
mus neminē. Iā verò vbiq. gētium leguntur
ingētia volumina à plerisq. doctiss. viris gra
uiter cōscripta, in qbus exposita sunt oīa eorū
dicta & facta, qui p nostra religione p uaria
& acerba supplicia sanguinē et vitam pfude
runt. Quid summi Pōtifices, dum sese saeuiēte

fre

fremẽtium Tyrann. furore, ꝓ legibus, & riti bus ſacris tuẽdis reliquerint, ſit obuiã legen tibus? Quid etiam caſti Xp̃ianæ pietatis Con feſſores, & ſapiẽtes Doct. ꝓ ſcitis et legib. ſan ctiſſ. docuerint & laborarint, q̃ pterea ædide rint nemo nõ legit, & lecta nõ aamiratur? at fortaſſe hæc delicatis ſunt tædio, vt ꝓlixiora, q̃ q̃ mollia ingenia ferre poſſint: adde qđ ve ram & germanam latinæ linguæ elegantiam, q̃ pleroſq. mirum in modum allicit ad legen dum nõ penit⁹ p̃ ſe ferre iudicantur. Nos igi tur q̃cunq. ab his deſiderari poſſunt in illis lõgioribus ſcriptis in quaternos verſus rede- gimus, nec tamen quidq̃ qđ ad eorum vitam exponẽdam neceſſarium videretur p̃termiſi mus, architriclinos imitantes, qui ſolẽt in ma ximis cõuiuijs aliquid acrimoniam habẽs ſa poris apponere q̃buſdam epularũ lautè et opi parè cõditarum copiam faſtidiẽtibus. Finge meos verſus mira dulcedine plenos, ſi nõ mel lis habẽt delectamẽta, ſaporẽ triſtẽ aloes di- cas Tetraſtica tibi bellaria reſpuẽti ad cien dum langueſcentẽ appetitum erunt, ni fallor, p̃ſenti auxilio. Habes amice & Chriſtiane Lector, q̃ noſtra fuerit in his libellis conſcri- bendis ratio & conſilium, tu ne à muſis oĩno alienus eſſe videare hac libẽter lege & frue re labore noſtro. Sẽcini die 30. Martij 1598.

Typographus pio lectori. S.

Ad manus nostras peruenit Elogium quoddam insigne B Mariæ Virginis, quod pro nostra in eandem Beatissimam Virginem pietate placuit in fronte huius Mariados imprimere ad cōmunem Christianorum vtilitatem. si enim ex nostris aliorum commoda metiri oportet, inde speramus fidelium mentes ad pietatem non parum inflammandas esse. Est autem eiusmodi.

Supplex cuiusdam Religiosi Viri ad Beatam Virginem Mariam Deiparam. Ex omnibus Rosarij misterijs salutatio.

Salue Diua Dei genitrix purissima Virgo,
O Maria æterni filia chara patris.
Salue iustitiæ speculum, fons viuus aquarum,
Sol sine nocte, maris Stella, perenne iubar.
Salue sancta Syon, domus aurea, turris æburnea,
Fœderis arca patens, hospitiumq; Dei.
Salue virga Aaron, rosa mistica, sulphur amoris,
Illæsus Mosy visus ab igne rubus.
salue eadem terrorq; herebi, superũq; voluptas.
Salue hominum auxilium, gloria, vita salus;
Salue, iterum salue per eam, tibi Virgo, salutem,
Quam Gabriel cœli missus ab arce tulit.
Salue incarnati sacra per misteria Verbi,
Per ventrem, & tensos innuba Virgo sinus.
Salue per zelum, grauidæ quo tecta petisti
Elizabeth, Vterum tu quoque Virgo gerens.

Salue

salue præterea viuos per ſanguinis alueos
  Quo solymam Herodes tinxit iniquus humū.
salue per diſcrimina tanta, metumq; fugamq́ue
  Qua rapit Ægyptus te, puerumq; tuum.
salue, & dum mortem fugio per ſaxa, per ignes,
  Eſtote Aegyptus tuq́ue, puerq; mihi.
salue per triduo amiſſum, tandemq; repertum
  Doctorum in medio, quos docet ille, ſenum.
salue præterea ſancti per fluminis vndas,
  Luſtrare innocuum quæ meruere caput.
salue, ac me luſtra pietatis rore ſqualentem
  sordibus, & maculas ablue, ſancta, meas.
salue etiam Chriſti per tot miracula, quæ vix
  Ac ne viſa quidem crederet vlla fides.
salue ſanguineo rutilos ſudore per artus,
  cum Deus ante Patrem funderet ore preces;
salue per Iudæ fera deſertoris, auari
  Oſcula, queis dominum prodidit ille ſuum.
salue per colaphos, per ſputa, opprobria, ſannas;
  Quas Deus, heu, facie, corpore, mente tulit.
salue per cœſum miſere tot mille flagrorum
  Ictibus, vt ſanguis mergeret ipſe pedes.
salue per tyrio maculatum murice veſtem,
  Et ſceptrum (ſceptrum ſi ſit arundo) Deī.
saluæ, per rigidæ miſteria ſancta coronę,
  Quam geſſit lacero vertice Chriſtus Ouis.
salue per falſum, quo morti addictus Ieſus,
  Iudicium ſubijt pondera dira crucis.

salue

Salue per menses, quibus hic Regina morata es,
Qui trini, Triadis numina sacra notant.
Salue non nati, per iubila sancta prophetæ,
Non natum, quando sensit adesse Deum.
Salue per laudes Vetulę, quas propter ab imo,
Pectore cepisti magnificare Deum.
Salue, & me miserum dignare puerpera Virgo
Visere: iam mea mens iubilat, eia veni.
Salue per miseras pueri pręsepia cunas,
Inter adorantes hinc Asinum, inde bouem.
Salue melliflua hæc desucta per vbera nato,
Perque illum toties, quæ tetigere manus.
salue tot puero libata per oscula, salue
Per collum hoc, de quo dulce pependit onus.
Salue, & fac post hac, vt sanctificatus aperta
Mente, ego concipiam, parturiamq; Deum.
Salue per circum Christo pręputia scisa,
Prima cruentati, quæ fuit hora Dei.
Salue, & scinde mihi impuri preputia cordis,
Vt tibi sim, ac puero grata columba tuo.
Salue per legem, cui non adstricta dedisti
Luce quaterdecima purificata locum.
Salue per niueas templo data dona columbas
(Casta etenim castas, quid nisi donet aues?)
salue per puerum positum simeonis in Vlnis,
Et per contenti gaudia magna senis.
salue perque Magos, & per pia dona Magorum,
Clara quibus dubium stella retexit iter.

salue

salue per crucis horrendæ venerabile lignum,
Quod tantum ex illo tempore numen habet.
salue per geminos, qui nato hinc inde latrones
Pendebant comites, arbore quisque sua.
salue per fossas illi palmasq;, pedesq;,
Perq;, quod in medio pectore vulnus hiat.
salue per gelidum, quod tunc potauit, acetum,
De quo dixerunt. Rex bibit, ecce bibit.
salue per rapidos pendentis, Virgo, dolores;
Perque necē, heu, nostrum qua luit ille scelus.
salue, & fac ne morte Dei, qua mortua mors est
Morte mea faciat, me rediuiua mori.
salue, & fac, vt morte sua munitus in hora,
Qua moriar, viuam. viuus, & astra petam.
salue etiam vacui per claustra intacta sepulcri
Perque resurgentis clara Trofea Dei.
salue per maiestatem scandentis Olympum.
Altus vbi dextram, nunc sedet ille Patris.
salue per linguas agiles, quibus almus ab alto
spiritus inuisit te, sociosque tuos.
salue post mortem rediuiuo in corpore Virgo
Assumpta, angelicis altior vna choris.
salue ibi stelliflua Regina ornata Corona,
Vnde potens cœlos, imaque cuncta regis.
salue ibi, quam satiat diuinæ lucis imago,
Vnde ego præcor, misero tu mihi tēde manū.
salue, & fac quas fundo p̄ces, quas fundo salutes
Virgo tibi totidem sint violæ, atque rosæ.

PAVLI MVSCONII
Archipresbyteri Soncini
MARIADOS
Liber I.

QVæ Virgo Æthereàm partu dedit integra prolem,
Spiritus Omnipotens dic tu mihi, cuius ab aura
Concepit, secura mali quo præside casus
Atq; omnes potuit superare inuicta labores,
Felicesq. obitus, miris fœcundaq. signis
Funera precipuo celebrari sensit honores
Te sine mens nil molitur, nil inchoat altum,
Frigida iampridē alme tuis præcordia flāmis
Intus agens succēde, nouo & feruore calescāt,
Pręsentiq. habiles mihi numine suffice vires,
Te duce Virgineas ausim percurrere laudes,
Ireq. tentatum multis iter ante, viarum
Et superem anfractus, & inaccessos accessus.
Tuq. ades hùc Virgo, & quāuis cœlestib⁹ oris

Non læti cantus lususq; hilaresq; choreæ,
Non thiasiq; choriq; tibi nec carmina desint,
Quisquis is est, tamē hūc nō dedignare laborē
Sis felix facilemq; viam per inhospita saxa,
Perq; vmbras noctis nulli & qua trita priorum
semita tendenti monstra, & tuta omnia redde.
Resq; simul tectas alta caligine pande,
Dum vatū ingredior sanctos recludere fontes,
Teq; cano Aonio Romana per oppida versu.
Iamq; æuo Intemerata parēs lāguebat & acri
Dilecti desiderio super omnia nati,
Dulce querens nimiū cōspectū absentis & ora
Diferri cuius smepei sub pectore amorem
Versabat, penitusq; animis retinebat adactum
Atque ideò quāprimū auras ea linquere lucis
Optabat, soluiq; animam compagibus arctis
Corporis, atque illi, cuius læto ore beantur
Aethereæ mentes cœli gens incola, iungi.
Et pasci æternæ vitali lumine lucis.
Tum verò à solymis tardè incedentis aselli
Terga premens lustratum ibat sedesq; beatas,
Et loca sancta Deus pedibus quæ presserat ipse
Aut suis animo optatos referentia vultus.
Vt saltem mœstum sic solarentur amorem.
Vnus Ioannes illi comes vsque fidelis,
Qui cum partiri solita est sua gaudia, & omnes
Curas arcanos etiam, in sua regna reuersum
Et patrias sedes post natum, credere sensus.
Ad quē suspirans mœrēti hæc voce locuta est.
Cu-

Curarum quæ finis, ait, dilecte? tot annos
Hæc sola nos fessæ rerum peragramus, & illo
Pectore quem toto, vnũq; imis sensibus ardeo
Noctes, atque dies, nondum permittitur ægræ
Posse frui, nunc me liceat mihi vera fateri)
Tœdia cœperunt vitæ, longiq; laboris.
Fidˀ ad hæc, nosti cœlo haud incognita mater,
Arbitria in rebus quàm sint mortalibus alta
Vsq; adeò æterni maneantq. immota parentis
Nulli aditˀ superas pateāt vt ad Aetheris arces
Ni prius æquo animo tulerit q̃cunq. fatigent.
Tum ꝙ cuique decus partũ, quæ præmia, cœlo
Certa manere omnes maiora laboribˀ haustis
Obdura, neq. enim añ parēs ignara malorũ es.
Talibus accensam dictis solatur, iterque
Inceptum peragunt, rigidis iāq. antra subibāt
Horrida adhuc iuncis & arũdine tecta palustri
sunt, ait, hæc nostri partus cunabula regum
Posthabitis magnorũ aulis, opibusq. nepotes
Venturos olim sæpe hæc lustrasse iuuabit,
Et meminisse Deũ in stipula vagisse sub antro
Craticeo rerum brumali frigore egenum.
Hæc fatur gressum & summi ad fastigia montis
Tendit, vbi morte ille sua mala nostra piauit.
Hic oculis postquā inculta omnia circũspexit,
Talis erat nati species in corpore, dixit.
Nec plura effata est medio intercepta dolore.
Tũ comes, exorta hinc primis cōtraria poma,
Poma quibus superũ pater est placatus & iras

Oblitus veteres,& opaci funditus orbis
Deuictisq; potestates,vmbræq; nocentes,
Ereptis lata populataq; manibus ora,
Atq; homini patefacta dom⁹stellãtis olympi,
Quem via summotum diuiserat inuia cœlo,
Hęc recolit vndi incedunt vestigia & ambo
Per loca plena Deo tum Virgo talibus orsa est,
Hic equitatus erta fulgens & sæua premebant
Spiculaq; clypèiq; illic suprema ferenti
Circum insultabant fusa vndique Iudæorum
Turba onerãs dictis infensaq; crimina semper.
Hic Martha,& soror, & salome vxorq; Cleo-
Flebãt,perfosso vndabat de corpore nati (phę
Hic cruor,effusoq; solum terno amne rigabat.
Sic ait illacrymans feliciq; oscula terræ
Innitens manibus dabat inclinata,profusi
Siqua rubet gẽma ore legens in puluere roris.
Nec,pcul hĩc positũ horrẽti sub rupe sepulcrũ
Marmoreum aspectans tali sermone salutat.
Salue sancte lapis tenebris qui conditus olim
Informis terrorq; hoĩum sine honore iacebas.
In te autẽ vt iacuit nostra qui clausus in aluo,
Ingentis tacte pulcherrimus hospitis ipse
Redditus illustras totum splendoribus orbem.
Vnde iacent cunctis,quæ quondã mira videri
Obruta mole sua cum noĩe. inane sepulchrum
Quã verè est vacuo pendere,quod acre dicũt?
Diu: nos non tantum afflas tu gratus odores,
Robur opẽq; affers malè hñtibus,vñ frequẽtes
Ser-

Seruati soluunt aris tibi debita vota.
Immitisq; fugam furijs, atrumq. timorem
Tartareis, sub noctē adigis, penitusq; ꝓfundā
Mētibus humanis Erebi haud innoxia mōstra
Teq; ideò reges positis insignibus instar
Numinis vsque colent demisso poplite, regis
Cœlicolū et memores tibi sat nūq̄ oscula figēt.
Muneribusq; super cumulabūt grādibus antiū
Quin etiam tellus varijs nunc floribus halat.
Perpetuumq; suos circum ver fundit honores.
Hæc effata obitus nati meditatur acerbos.
Flēs tādē hic cessit post verba nouissima, collē
Atque ascendit vbi tenuit rediturus ad astra
Victor ouans extrema solo vestigia presso.
Hæc verò monita euentus felicis adorat.
Vos quoque obliuiferi mōtis iuga sacra saluto
Multa vbi quæ seruent, docuit, vētura minores
Progenies author pacis, quē in nubibus aureis
Vidistis cœli stipatum mille ministris
Aereos tractus penetrare, & sistere olympo,
Vnde omnes vocat vt sua per vestigia euntes
Terrenis spretis figant sua in Aethere vota,
Gaudia vbi vera, atq; omnis cōflata voluptas
O si ego nūc ferar huc natū visura per æuum?
Hæc vbi dicta, petit terram submissa, colitq;
Signa relicta pedū, atque suos solatur amores.
Hæret, & hinc sera potis est vix nocte reuelli.
Nullam mane illi surgebat maxima mater
Quin capitis monimenta oculis insignia cari

Perlegeret, magnoq. frequẽs lustraret honore.
Amissos fœtus qualis gemit arbore ab alta
Turtur vbi è pastu se in frondea tecta recepit,
E nido implumes rapuit, quos vnguibus atrox
Accipiter vacuã & laceros demisit in aluum,
Nunc circumuolitat viduata cubilia, ramo
Nunc sedet infelix, interdum flebile carmen
Integrat aeria sub rupe ad fluminis vndam.
Ingenti latè resonant procul auia questu.
Talis erat Genitrix, placidam nec fessa quietẽ
Carpebat mentem aspectu turbata locorum.
Quam sic despiciens iactatam filius alto
Vnanimem affatur dextra de sede parentem
Vocibus his, terras opa atq; humana videntẽ;
Scis Genitor, scis ipse, tibi acceptissima mater
(Mitto ea supplicia exhausit q̃ in funere nr̃o)
Curarum quo nunc exercita fluctuet æstu,
Lecta tibi tñ est (nondum orbis conditus) olim
Casibus vt varijs terræ vt defuncta periclis,
Debita succedat cœlo, en nunc tempus agi res.
Nam curis confecta, & plena ętate laborat.
Hanc, vt pollicitus, tandẽ, oro, ad sidera tollas
sublimem, atq; æuo nobiscũ ac pace fruatur
Aeterna, felixq. suos potiatur honores.
sic memorans illi latus ostentabat apertum,
Et diro effossas mucrone manusq. pedesq;.
Tum pater immensa vinctus pietate roganti
Annuit, & caro amplexus dedit oscula nato.
Iam mea progenies, inquit, concessimus vltrò

Qđ petis, acceptã aſtriferis dignabimur oris:
Corporeos rediuiuã artus quã in nube micanti
Cœleſtũ ipſe choros ſuper & ſublimia templa
Conſtituã, vñ caput redimita ardentibus aſtris
Diua miniſterio volucres aſſiſtere cœtus
Aligerum vſque tibi pro maieſtate videbit
Carminibus varijs & laudibus indulgentes.
Tanti virginitas, diuini ea gratia partus.
Hæc ait, & mira impleuit dulcedine natum.
Continuò ipſum illũ roſeo vocat ore miniſtrũ,
Gaudia legatus noſtræ qui prima ſalutis
Expoſuit quondam trepidanti multa puellæ.
Vade, age, ait, ſuperę gentis fortiſſime ductor.
Ad celſam ſolymorũ vrbem, caſtosq. penates
Ingredere egregij iuuenis, cui credita ſoli,
Eſt olim dilecta parens, vniq. relicta
Poſt obitus nati, hæc celeres mea dicta p auras
Perfer, ſidereæ ſe poſci ſedibus arcis,
Regnãdã, vt tandé accipiat diuę Aetheris orã.
Iuſſerat, aſſumptis denſo ille ex aere pennis,
Corporeq. affičto liqdũ celer Aethera tranat,
Inclinatq. Seme curſus ſuper arduus arces,
Ingenti qualis de puppi emiſſa columba
Radit iter maris effuſi ſtagnantibus vndis.
Dat plausũ illa volãs mox terras ppete penna
Prona petit, ramumq. refert viuacis oliuæ.
Haud ſecus ille leues auras diuerberat alis,
Virgineosq. ſubit thalamos vbi gaudia ſecli
Venturi Genitrix animo lætiſſima ſecum

Voluebat, nati quę sæpe loquentis ab ore
Audierat, curaq; immota hærebat in illa,
Affore tempus edax, quo totũ effusus in orbē
Omnia corripiat flammis vltricibus ignis,
Cum maria, & terræ, cum cærulus ardeat axis
Sideraq. alta cadant subito conuulsa fragore.
Hinc post commune exitium, rerumq. ruinam
Omnia mutentur, miraq. adolescere forma
Incipiãt maria, ac terræ, cœlumq. profundum.
Solq. nouus niteat toto, & noua sidera mundo.
Mirerurq. nouos radios, & non sua phæbe
Lumina, iampridē quin corpora luce carentũ
Quæq. suos mēbrorum artus (mirabile dictu)
Assumant superas cœli reuocata sub auras
Mobilitate pari ventis, & fulminis alis.
Præbeaq. magis splendentia lampade, sedes
Multiplici teneant dispostas ordine, pacis
Fœdereq. æterno peragant felicia lustra.
Nec iam vltrà morti loc⁹ atræ, at vita perēnis,
At gentes maneat decus immortale beatas.
Quippe pijs pręsens Deus oĩa suggerat vnus.
Talia sublimi versantem corde parente
Aspiceres desiderio tabescere cœli,
Ac vix posse pati mortalis tædia vitæ
Intentos defixam oculos tenuisse sub astra,
Diuorumq. aditis insistere, lumineq. ora
Depasci illius quem saucia deperit vnum.
Qualis cerua sitim liquido compescere fonte,
Et nimium gestit ripa viridante calorem,
sole

Sole sub ardenti, quam mouit odora canũ vis
Montibus errantẽ nemora inter frõdea opacis
Pẽnipotẽs puer ante oculos qb⁹ afflat honores
Gratia cœlestis magnæ Genitricis in auro
Vesteq; candenti effulgens sic ore profatur.
Alma parens hoĩum semper miserata labores,
Spes fida, & lapsi seruatrix vnica mundi
Quo melius cõmune bonum & curare salutem
Ius habeas tibi nunc regnãda capess re fas est
Atria cœlicolum propriaq. in sede locari.
Quo venies plausu expectata Quiritibus alti
Aetheris, & quãtis celebrabere diua triũphis?
Quantis læta patris superũ cumulabere donis?
Nec tibi non partos persoluet natus honores,
Omnipotensq. suis te afflabit spiritus auris.
Diua autẽ cœlestum, inquit, fortissime cœtus,
Indicisnè obitus supremaq. funera nobis?
Cui præpes sedet id superum regi, ipsa sed oẽs
Cœlicolas suprà subuecta vocabere vbique
Terrarumq. plagæq. potens regina serenæ.
Nuncius hæc, pennis & in aera cessit apertum.
Fragrantẽ, & thalamo discedens sparsit odorẽ.
Hic verò Genitrix oculos ad sidera lętos
Sustulit, & palmas tendens cœlo hęc ità fatur.
In me nulla mora est, tibi me nate ecce remitto
Cedo equidẽ, terris sine te quid demoror vltrà
Care magis mihi vita oculis, & gratior ipsis;
His dictis alio mentem lętata retorsit,
Et subitò acciri iubet intrà limina fidum.

Atquè

Atq; ita Ioannes,inquit,cui cuncta retexi
Ceù nato semp quæ sunt mihi credita ab oris
Stelligeris nunc supremi quoq. missa p auras
Dicta patris pandã,nitidos vix lucifer ortus
Omnia collustrans radijs ostenderat orbi,
Cum mihi voluenti cęli misteria tecta
Visa quati rutilisq. trabes ardere repente
Ignibus & thalamum vestri lumine circum
Vndiq; purpureo, vox demum perculit aures
Nota meas pueri aligeri,qui lilia quondam,
Nunc autẽ ramũ hunc palmę mihi detulit,illi
Tempora pallentes violæ, & narcissus obibant
Plurimus,& flores hyacinthi, oleęq. virentes.
Maiestas & honos humeros velabat & auro
Inclusas vinxit teretes surasq. pyropo.
Talis adesse mihi,atq; effari visus in aula,
Me posci cęlo terris curisq. relictis.
Iamq. instare diem summam, finemq. laborũ.
Tum se proripuit claro & reuolauit olympo.
Hæc qa cęlicolũ est regis mihi certa voluntas,
Est animus primum refici libamine nati,
Et veteris renouare iuuat solamen amoris,
Quo duce difficile haud fuerit supare qđ istat.
Quare age sacra ferẽs res mecũ accĩgere tãtas.
Dixerat,atq; solo vultus defixæ pudicos
Ad templum incedit socio comitata fideli,
Cognatis,nuribusq. & nati semper amore,
Plumipedumq. acie, qui dum sectantur eunte
Vsque latent dominæq. legunt vestigia tecti.

Candens huic velum crines operibus & ingēs
Carbasus impositus suprà per terga fluebat
Cæruleus, vestis tyrio ipsa colore rubebat,
Ilia quam cohibent redimitam cingula nodis,
Obtusa apparet densa inter nubila qualis
Luna sub ingressum noctis, solemq. cadentem.
Ori quantus honos? quanta illa gratia vultu?
Delubrū est ingēs Solymū sūma vrbe, qđ olim
Te fundasse ferunt lectorū maxime Petre
Cū socijs in honore ducis super Aethera regis
Terq. triumphanti monimentū insigne dicasse
Exactorum operum, pignusq. perenne laborū
Vndique bisseni thalami fusi ordine circum,
Regē vbi ter geminū alterni læto ore canebāt
Hæ sacris sedes epulis, sub imagine frugis
Exiguæ hic Christus se in viuā tradidit escam
Ipse suis, primumq. nouis considere mensis
Bissenos iussit proceres, instantia fęta
Dum referat, humilisq. pijs exempla reliquit
In genus humanū memorem testantia amorē.
Præterea informis memoranda insignia lethi
Cernere erat fascesq. rubros stātēq. columnā
Purpurei in medio respersam ore cruoris
Plima adhuc, vinclorū & dura volumina nodis
Hùc etiā aura potēs trepida in pcordia ab Ae-
Descēdit Deus igniuomus, frigusq. resoluit. (thra
Porticus ornabat senis suffulta columnis
Ardua stestibulū solido de marmore vtrinque
Depictos mira paries habet arte labores,

Vera Dei soboles, quibus obtulit obuia se se
Spõte, lauitq; volẽs fuso probra nostra cruore,
Cõstitit hic Genitrix lacrymãs, & singula lu-
Nãq; videbatur curarũ fluctibus actus (strat.
Pronus humi Christus ꝓcũbere, multa precari
Atq; orare super crudeli morte parentem.
Sanguineus sudor fluere ad terrã vndiq; riuis.
Ecquis, ait, post hac meriti ingratusq; laborũ,
Mutua cum nequeat persoluere, corde sub imo
Non saltẽ hũc nati secum ipse volutet amorẽ?
Huic parens non subijciat se legibus æquis,
Qui se subijciens iussis haud mollibus omnes
Per mortes animã insontẽ dedit inque merẽtẽ?
Pro nobis viden'vt natus sese hostibus vltro
Obijciat verbisq; ipsos compellet amicis?
Arguat vt miti sermone? vt temperet iras
Dextram attollentis Petri plagamq; ferentis?
Vt sanet prostratum in honesto vulnere seruũ?
Et quãuis comites, nunc fusos nocte p vmbrã
Cõspicias petere arua metu, & se ꝑdere syluis
Non iter hac tutũ tamen est, audentius hostes
Per medios dux sectandus casusq; per omnes.
Hostis amat tenebras quibus en cõfisus Iudas
Oscula dans pacis simulatæ dira Magistrum
Hostibus insontem sub amici nomine prodit.
Nostrarum vt fraudũ dissoluat vincula duris
Ipse premi vinclis patitur, tã insigne Magistri
Nos tanti exemplum mouet pietasq; pudorq;
Nec gressu instabili per acerba sequamur cũrẽ
Vs

Vt Petrus proprijs confisus viribus, ecce
Ponè quidẽ sequitur, tectũq; subire animosus
Vsque infensum audi, propius propiusq; tueri,
Misceriq; alijs, trepidus formidine at idem
Suspectis cedit domibus latebrasq; requirit.
Abiurat verbo prostratus fœmina ab vna
Haud secus ille leui concepit pectore motus
Nunc hos nunc illos q̃ quondã in saltibus acta
Parthemijs rupesq; cauas lucosq; per altos
Venantum clamore acri rapidisq; Molossis
Dãma, fugit qua saxa tegũt, & ꝓcubat vmbra.
Vix dum tuta sibi visa est, latratibus ecce
Intonuit cœlum illa retrò externata recessit.
Parte alia cædunt liuentia membra flagellis,
Horrificisq; caput spinis, riget vndiq. cingunt
Crudeles velant, feriunt, sputo oraq; turpant.
Illudũt, calamũq; manu dant ferre palustrem.
Mortales sæua hæc tangunt ludibria inanes
Tam iusti, rectiq; Dei quàm lucis egentes,
Quam cupiens cæcis insertam mentibus ipse
Fert aĩo grauia placido, atq; asperrima sensu.
Iamq. vrbe egreditur curuusq; tremẽsq; virẽti
Sub trabe & infestis circundatus vndiq; telis.
Quàm crebrò ꝓcũbit humi æger corpore toto?
Nec miserãs aliqs collapsum attollit amicus.
Præcedunt vincti palmas post terga latrones.
Hic aereos clauos fert scalas improbus alter.
Cœlo attollit eques Romanũ insigne, tubarum
Terrificat clãgorq; animos clamorq; virorum.

Hei mihi mi fili quanta tibi perdita constat
Nostra salus? opus est q̃ta mercede Redẽptor
Communes lapsi generis sarcire ruinas?
Hic liquet haud cęlo admitti, q; ferre recuset
Nati onus, atq; iugũ aduersa ceruice reluctás.
Tandem iter emenso vestẽ trahit ille cruento
Puluer ꝑspsam, alter pugno in guttura adacto
Deturbat terræ, dictisq. immitibus vrget.
Tunc ligant alij, & palmas sup arbore tendũt
Ingeminantq. ictus, terebrat lignũ alter acutæ
Cuspide, trãsadigitq. pedes per mutua nexos
Vulnifico mucrone, hic atq; hic fluminis instar
It cruor, aerias demum graue robur ad auras
Erigitur, pendens corpus grauitate sua se
Deprimit, estq. oneri sibi, sed fossa in loca mo-
Dum cogunt ire arboream concussu fuere (lẽ
Mẽbra dolore nouo grauiter tũ pódere & ictu
Si quem digna mouet Diuini gloria pręmij,
Se talem multo ante memor cóponat ad huius
Exemplũ, atq; animo vestigia facta sequatur.
Nec tibi difficilem esse viam pédentis imago
Edocet & septem capita implacabilis hydræ
In cruce suffixa æternam importantia mortẽ,
Triste dehinc nulli exitium & latura venenũ,
Lethifero nisi qui sese sponte offeret angui,
Colligit in spiram dum se per humũq. volutat
Insidias tacito tractu molitus inerti.
Ecquis erit qui quæ mandauit cœlicolum rex
Vitanda oblitusq. sui, oblitusq. malorum,

Quæ fontes post morte aĩas extrema sequunt.
Negligat? hũc nati nõ funera acerba mouebũt
Quę cœlũ terramq mouent, & marmora dura?
En vt distillant miro noua vulnera amore?
Vt laticem effundit bicolorem è pectore natus,
Vnde salus nobis geminata est orta sepultis?
Hæc longæua parens dabat, atq; accensa tenet
Magno omnes desiderio coniungere nato.
Templũ ingressa humilis, sacrã pcũbit ad arã,
Liba vbi adorantur languentũ pixide in vsus
Mystica pyramidis ritu sericata sub arca.
Lumina clara micant iuxta pendentia tigno.
Hũc Genitrix intenta aĩum sic voce precatur
Suppressa tacitisq. oculis manibusq. supinis.
O indeficiens hominum vita, vnde refectæ
Contemptis curis animæ nituntur ad auras
Æthereas cœli, & superum regione fruuntur.
Vnanimes & te penitus mutantur in ipsum.
Hic vigor & reqes, hĩc nũq̃ exhausta voluptas
Mi nate ad te nunc venientem suscipe, & illo
Quod genui fouiq. sinu, quodq. vbere paui,
Corpore resficiens animam depasce priusquã
Decedat terris, moribundosq. exuat artus.
Vt quondã tanto, oramus, facq. hospite dignã.
Præterea socios extorres, omnium egenos
Aspice, quos vt oues inter truculenta luporũ
Semina misisti tua spargere iussa per orbem.
Sint ipso tuti quod vulgant nomine, ab illis
Infernos prohibe morsus, da euadere casses

Oc-

Occultosq; dolos, stygij oĩaq; arma tyranni,
Luce tua lustrati omnes data iura capessant,
Quorum aĩos tenebris cernisq; errori teneri.
Reddit oranti hæc contrà sic filius ore.
O dilecta veni Genitrix ornanda coronis
Sidereis tandem & parta mercede laborum,
In terris æqua pro me ques mente tulisti.
Cara veni, quasq; apposui mortalibus ægris
Quæq; parata comes morientibus vna fidelis,
Tu quoq; sume dapes epulãdas deinde p æuũ
Aeternum, ipse meo amplexu lætatus ouãtem
Hanc animam iam iam accipiam ipse ter actis
Solibus hãc rursus rediuiuo corpore nectam,
Quod cætu aligerũ plaudente in nube corusca
Assũptũ hic atq; hinc magnũ sup ęthera sistã
Pax vbi & oigenũ est immensa opulentia rerũ
Cœliuagis tantum concessa & nota volupras.
Immortalis eris nulliq; obnoxia casu.
Quã formosa? decus quantũ illi accesserit orĩ
Egregio? quali fulgebunt membra iuuenta?
Quæ dũ languescent placidæ cedentia morti,
Eumenides nigra tristes sub nocte vlulantes
Terga dabunt vtero cõmissis territa caudis
Me præsente, alioq; minas, irasq; reflectent.
Qui verò nostra pro relligione laborant
Nos canere haud vetiti, nr̃mq; extẽdere nomẽ
Infera ab incœptis non hos vis vlla mouebit,
Sed regum te mnẽt magnorum edicta seuera,
Perq; alacres vltrò rerum discrimina tendent
Haud

Haud dubiã in mortẽ perfusi membra cruore
Vnde suo referãt deuicto ex hoste triumphos
Insignes cœli regna ad florentia ouantes.
Hac iter est illis, hoc demum tramite eundum
Diuerso tamen errantes ex orbe videndos
Ante tibi cogam præsenti in funere vt adsint.
Quicunque accipient autem data iure volẽtes
Lumine lustrati diuinæ lucis, olympo
Hi sperent decus, & vitæ immortalis honorẽ.
Acceptis supera sua præmia sede rependam,
Omnibus & nemo donis non lętus abibit.
Dixerat, ambrosiam affatu illi protinus auram
Spirauere comæ, clara in luce ipsa refulsit,
Qualis sol post pulsã imbrẽ micat aureus atrã.
Interea fidus veniam præfatur, in aramq.
Intendens palmas oculosq. immobilis ore est
Ipse quoque arcano numen per vota precatus.
Christe sacrorũ autor, princeps idẽq. sacerdos
Qui tum duxisti me tanto munere dignum,
Cum voluisti almis tecum discumbere mensis.
Nunc ô nunc animis nostris te te insere, & aris
Ipse tuis præsens astantem numina firma.
Talibus orabat flexoq. imponit amictum
Tartareos capiti certum tutamen ad astus.
Hic niueã induit chlamydẽ, vt cãdore nitescãt
Corda suo & sacrum ne labes vlla profanet.
Illa dein vinclo noceant ne laxa coercet.
Aptans tũ manicæ insertat lęuã, vt fleat annos
Amissos referatq. suo haud indigna labore.

Tænia compacta in moré crucis aurea vtrinq;
Depédet collo, vt redeat male perdita virtus,
Iamq. adolet tyrio vates conſpectus in oſtro
Te placitos regi ſupremo thuris odores.
At pia mater, vbi hæc concepit mẽte, ſub alma
Libauit nati corpus mirabile fruge.
Ritè ſuis & viſceribus ſua viſcera iunxit.
Tum vero propiore Dei labefacta medullas
Numine corripit, ſubitoq. incenſa calore eſt.
Hoc agitãte ſubit volucri mẽte Aethera, acuta
Cœlicolumq. choros acie percurrit & aureo
In ſolio reſidentem haurit, terq. agmine terno
Alituum prolem ſtipatam, igniq. micantem
Immenſo, toto hac fruitur lætiſſima corde.
Totã obit hanc, miraq. aĩum dulcedine, paſcit.
Dũ ſecum hæc virgo meditatur regia, ſeruant
Obtutu comites tacito quæ forma precantis,
Quis modus, vtq. humilis ſacra cõſiſtat in ęde
Corporis & gratos motus, vultusq verendos.
Et cultus ſine labe, preces ſine voce profuſas.
Mirantur nil non penitus mirabile in illa.
Tanta è Virgineo ſe effundit corpore virtus.
Caſtus Ioannes abductus pectora rebus
Totus ab humanis rapitur ſuper atria cœli
Omnia ſopito ſimilis vultumq. habitumq;.
Huius non rapidos curſus Erimãthidos Vrſæ
Sidus, Pleiadũq. cohors hyadumvè retardat.
Nõ animoſi Euri, nõ crebra tonitrua, qualis
Alituum Regina volat, neq; concitat alas

Aera

Aera per vacuum, ſoli confiniaq. arua
Iam ſuperat liquidos tractus, iā iā aurea tēpla
Agnoſcit, magni iam cœli ad limina ventū eſt.
Porta ingens gēmis adaperta micātibus ardet.
Quam non illuſtrat radijs aurora reuiſens,
Non defeſſus equis abiens ſol afflat anhelis.
Luna neq. hic tremulo puriſſima lumine ful-
Aſtrorūvè orbes, Deus ipſe indeficiēs lux, (get
Et iubar, atq; oriens partes diffuſus in omnes
Ampliuagis latè flāmis loca cuncta ſerenat.
In foribus variæ apparent rerū ordine formæ,
Mirū opus, & nullis hoīum enarrabile verbis.
Quin ipſos vates latuere abſcondita quamuis
Prædixere eadem longè ventura videntes.
Hæc adeò artificij manus indeprenſa notarat.
Mirantes ſuperi tantùm decora alta tuentur
Conuentu magno, atq. obtutu ſingula luſtrāt.
Sit mihi fas nunc cœlicolæ penetralia veſtro
Munere adire, poliq. adytis inſiſtere tectas
Et res obſcura caligine ferre ſub auras,
Quas Deus expoſuit vobis fidoq. ſodali.
Nec pudeat ſocium tantarū admittere rerum,
Nam vates ego ſum, vobisq. addictus ab ortu.
Nec fruſtrà vos præfecit, quas condidit ipſe,
Arcibus Aethereis hoīum, & regnator olympi
Omnipotens, vobisq. dedit ius claudere cœli,
Et clauſas aperire fores, vos ducitis igni
Luſtratas animas ad gaudia veſtra chorosq.
Ignibus æternis ſontes immittitis ijdem.

Clara sed vñ meas vox reddita fert ad aures?
Discite quę generi humano portẽdere quődã,
Et volui,& placuit varijs sub rebus operta
Arcanis signata notis mysteria cœli.
Omnia nunc vobis amota nube recludam.
Vos dictis adhibete animos,linguisq. fauete.
Lux illa à tenebris secreta docebat auitæ
Secretum & maculę pectus fore Virginis exps.
Aurora eois qualis cum surgit ab vndis
Puniceis inuecta rotis orientia solis
Lumina adesse monet terris vmbrasq. resoluit
Sic Virgo simul os terris ostendit honestum,
Progeniem explicuit nostrã prænũcia, ab orbe
Quæ tenebras vt sol errorum luce fugaret.
Hęc veluti pratis pulcher flos ortus apricis,
Fortunatorum regum transferturin hortos,
Parua suas linquens a dijt templi abdita sedes
Hinc sol, vt specie est pręstantior oibus astris,
Virginibus nobis lecta è tot millibus vna,
Egregio quæ nullo fuit formosior ore,
Sed nec adest, vnq̃ neq; mox oritura p æuum,
Emisit sobolem, vt radium, quæ lumine terras
Spargeret alma nouo manifesti numinis oẽs.
Fornax illa ardens flammis crepitãtibus vnde
Vsq; micans rutilã fert lãpas ad astra fauillam,
Desuper afflata est igni septemplice, proles
Vnde mea exorta vt lampas clarissima amoris
Igne sui accensos mortales feret et olympo,
Lęta illa arua,pcul,pomis nem⁹ illud amœnũ,

Prl-

Primus vbi è limo felici eductus in auras
Immortalis homo est, vario frôs prima odore
Quem fortunatum dulci complectitur vmbra,
Signabant hanc, quæ pura comprenderet aluo
Côceptû humano nostrû haud de semine natû
Vtq. ibi concubitu nullo formata virili est
Fœmina, sic vtero sinceræ Virginis artus
Mortales Deus indutus processit in orbem.
Vt stetit immotus sol denis aureus horis,
Nec se more suo sua per vestigia vertit,
Bisquinos menses clausus sic Virginis aluo
Delituit natus nequeunt quem claudere cœli.
Sponte sua auulsum montis de vertice saxum,
Cernite in abruptû vt ruat in præceprq. ferat,
Magno actu, & môs îmanis totû impleat orbê!
Sub specie humana soboles mea mitis inopsq.
Virginis integræ cœlo descendit in aluum,
Et totum impleuit diuinis legibus orbem.
Hæc sacrata arbos nunquam concessa moueri,
Quæ dat perpetuæ cœlestia pabula vitæ,
Virginis haud fallax, erat inuiolabilis index,
Æternæ pareret quæ fructum intacta salutis.
Arida virga adytis quæ visa virescere in altis,
Trudere dein gemmas raptimq. ad sidera niti,
Mox onerata etiâ grauidis curuescere baccis.
Et rubus illæsus, frondes medio igne cremari.
Vellus itê lanæ immadidû latè imbribus atris
Effusis, porta atq; æternum clausa petebant
Hæc môstra hanc vnâ, quæ prolê ignara virilis

Virga quoq. erranti sola per deserta liquentē
Quę populo elicuit duris è cautibus amnem,
Insontes sontesq. ferènt discrimine certo
Lance pari meritā mercedē Virgine ab ęqua.
Hęc veluti nauis spolijs orientis onusta
Thesauros cœli dòna,& cerealia terris
Aduexit turbamq. inopem miserata leuauit.
Vlterius legite indicium manifestius,illa
Fiscella infantē cohibens quæ scirpea Mosen
Infusum fertur latebrosi ad flumina Nili,
Nonnè videbatur iam tum portēdere nostram
Affore progeniem mortali corpore septam,
Quā simeon tremulis rerum nō inscius vlnis
Acciperet templo oblatam à genitrice repēte
Ereptumq. fuga tolli ad trepida ostia Nili?
Machiua vt illa ingens maris assesuauit ab ęstu
quos intus clausos habuit sic quēq. premebāt
Aduersa auxilio iuuit semperq. iuuabit.
Hic omne iuclusum pecudū genus oē ferarūq.
Vnà compositum concordi pace vigebant.
Omnis virgineo motus in pectore prorsus
Præcipites aliàs animi ratione quierant.
Prodijt hinc volucris candens oleęq. virentem
Paciferæ ramum ore tulit,de Virgine mundo
Intulit egregię pacem,& felicia secla
Formosus puer,& non labe notabilis vlla.
quòd rerum sator aurifluis de nubibus ipse
seruatos supra dextram tot millibus atro
Diluuio absumptis tendatq. & mulceat ægros
Vo-

Vocibus his, tumidi tandem vos viuite ponti
securi, vestrumq. genus proferte per annos
Innumeros, iam sponte sua dabit omnia tellus.
sic adeò fuit illa vt non magis altera præsens
Auxilium populis tulerit seclisq. futuris,
stella facem ducens vt largo lumine reddit
In tutos portus defessos æquore longo,
sic quos iactarit tempestas fœda malorum
Luce sua tutor discrimine reddet in omni.
Nùm medio aspicitis manantē è viscere fontē
Omnes quadrifido terras humore rigantem ?
sic fuit, est, & erit, quę mundi in quatuor oras
Numinis ampla sui diffundat munera, in oēs
Accipiat placidumq. animū, mentēq. benignā.
Quales spectantur gelidi propè fluminis vndā
Regum horti clausi muris, atq; aggere circū,
semper vbi violat, rosa plurima, liliaq; alba,
Et lenes zephyri crepitam spirantibus auris.
Nympha dabat tales redolens Heleia mores.
Tristia tentātum ora vt sensu torquet amaror
Myrrhæ sic nati mors torsit corda parentis.
Illa lucerna adytis semper penetrātibus ardēs
Virginis arcano viuens in corde notabat
Lumen in extinctæ fidei nato moriente
Cum totum incubuit terris nox fusa per orbē.
Palmiferi sacrofumans mons vertice sinę,
Vnde ruūt tonitrus, & fulgura crebra coruscāt
Hanc fuit indicio totis decuisse medullis
Flammari erumpente igni septēplice ab ęthra.

Surgentes ab humo cœli faſtigia ad vſque
Sublimes ſcalæ rerum quibus autor inhæret,
Hanc cœlum volucri ſubiturã mente docebant
Oblitã ceu ſe ſe hominem, & mortalia cuncta.
Vt curru vates rapitur ſublimis in auras (trà.
Flãmifero,atq; oculis hoĩum haud apparuit vl
Sic aſſumetur cœli hæc ſublimibus oris
Flãmipedũ ſubuecta manu,& circundata nube
Auriflua non mortali amplius ore videnda.
Atquè vt Luna micans radiantis lumine Solis
Cum primum vultu redeuntes colligit ignes,
Sidereos vincit flammis illuſtribus orbes.
Vtq; ſibi puris obiectas cornibus obſtans
Pertranſit nebulas, & noctem lumine luſtrat,
Sic virgo noſtri radiantis lumine nati
Collucens cœli ciues ſpectabilis inter
Regina incedet crines redimita coronis
Gemmiferis formaq; choros anteiuerit oẽs.
Vt fons non ceſſat puteis manare perennis,
Sic addicta ſibi cumulabit pectora donis.
Nec fas hęc ſpatijs cõprendi, aut vocibus vllis,
Carpathias vndas citius magnumq; ſonantes
Nereidũ anguſta campos quis clauſerit vnda.
Illa procul mulier corpus circundata Sole,
Biſſenisq; caput ſtellis ornata, bicornis
Sub pedib⁹ cui Luna micat, cui plurima ſurgit
Pluma humeris, vteroq; latet pulcherrima p-
Hęc virgo hæc ẽ illa oĩ memorabilis ęuo. (les.
Sed cur ſeptenis immanis hiatibus hydra
Iuxtà

Iuxtà horret denis & sibilat ardua cristis?
Curvè nouē gyros ter terna volumina versans
Sidera tot cœlo traxit cauda sinuosa?
Lucifer anguinea sub imagine delitet ille,
Qui nostros quōdā est ausus sibi poscere hono
Ter ternas cęlestū acies hac traxit ab arce(res.
(Vos meministis enim) p̄ceps sua nota secutas
In loca senta situ & nunquā viduata tenebris.
Istius grauis ira & inexsaturabile pectus
Quod vix summa dies abolebit vindice flāma,
Virgine sectantes, genitum, & bisquina colētes
Iussa Dei vitia inspirans septena fatigat
Vsque ferox, illi quanta ingluuiesq; minæq;?
Vt grauiter sæuit? stant illi vt lumina flammæ?
Este animo vigiles, & fortia pectora bello
Obijcite, atq; inimico alacres certate draconi
Mortales, vos certa manent vos pręmia cœlo.
Nec minus auratis pennis victoria vobis
Præstò aderit quàm dat defensam pēna puellā,
Scandentemq; poli tractus stygio eripit angui.
Idem etiam primos per amęna vireta uagātes
Decepit pendens ramo frondente parentes.
Inuidia iste malus quā obliqua, audite, puellā
Inuadat prius, id quoniam sententia signat,
Altera adūbrata est decepta in Virgine Virgo.
Hic dolus hę fraudes. Quę Virgo inscitia venit
Tāta aīs passim, ut quę strata sub arbore poma
Attrectare putes scelus? hęc sūt cōmoda vestra,
Has epulas ipse in uestros Deus extulit usus,

Vana superstitio nocet,& data munera demit.
Cernite pascentes herboso in flumine cygnos.
Quis vos quis prohibet tẽtare q̃d obtulit ultrò
Res ipsa omnipotensq. parẽs? absiste moueri.
Autor ego audẽdi,dulci hoc agè vescer̃ fructu.
Hic vos efficiet similes dijs,cuncta docebit
Hic sapor,& fugiet nos nulla scientia porrò.
Suaserat. ac mulier contactu fœdera soluit,
Consortemq. thori vetita dulcedine mouit.
Hic pomũ trepido admouit tenns ĩmemor ori
Et q̃s,ait, miseros dolus heù nos ꝑdidit vxor?
Quæ tanta ĩncautos subijt dementia? tantus
Quis furor? impuros nos morti addixim⁹ atræ.
Iam breuis est ducenda extrema ꝑ omnia vita.
sic fatus densis obnubunt frondibus ambo
Corpora,tum noua lux oculis effulsit,at illi
Terrentur visu,nec opis spes vlla dabatur.
Vox subito audita est,vos hinc ꝓcul ite ꝓfani,
Ite procul,vetito polluti absistite luco, (to
Nec reuocate gradũ,simul hæc simul ales ab al
Flãmifero insonuit ferro,& terrore subactos
Fortunato ambos actutum eiecit ab antro.
Incœpti piget,& lucis,nec tollere cœlo
Vltra audent oculos, cœpta omnia t̃pe ab illo
In peius ruere,& faciem mutata referri.
Nulla fuga est,nr̃æq. ꝑmũt scelera ocyus iræ.
Tum morbi subiere graues tristisq. senectus,
Et labor,& duræ caput inclementia mortis
Contristans ferrugineo passim omnia amictu

Extulit,& terras viduat mortalibus omnes:
Ipsa etiam tellus homini indignata negauit
Victum infelicem modo quæ oĩa fuderat ultrò
Prodiga liberius, tum carduus horruit aruis.
Lappæq. tribuliq nocent, nocet aspera sylua.
Confestim interclusa illis sunt ostia olympi.
Tantæ fraudis erat vetitos decerpere fructus.
Vna tamen toti quantum noxa obfuit orbi
Didita per terras, tanto magis extitit omnes
Ante nuius ac[illegible] pta Deo mox sola saluti
Omnibus, amissamq. pijs miserata quietem
Reddidit, ereptosq. orco cœli intulit oris,
Et sola exitio exorta est imperuia auito,
Atque illa vt faciles dictis fallacibus aures
Præbuit infelix, & carpsit ab arbore malum,
Venturosq. luem infandam diffudit in omnes.
Hæc impleta animum vero sic alitis ore
Diuini felix utero tulit utile malum,
Atq; omnem secum seruauit sospita gentem.
Nec longum in medio tẽpus caput extulit altũ
Ipse mali, hortator, valeat ne inducere fraudẽ
Amplius incautos sed inops fallacia semper
Huius pellacis se se frustetur, ahenis
Dat vinctus nodis pœnas tellure sub ima.
Hic chaos horrendum flãmis vltricibus æuo
Exitus vnde patet nullo, pœnasq. barathrum,
Pendentes scelerum pmit irremeabile sontes.
Sic Deus expulsis vmbris referebat honores
Vir-

Virginis abſtruſos varia ſubimagine rerum.
Conticuit tandem & cœtus dimiſit ouantes.

Primi libri finis.

PAVLI MVSCONII
Archipresbyteri
Soncini
MARIADOS
Liber II.

Regina interea lethi haud ignara propinqui
Iandudum in socias ædes concesserat artus
Fessaq. depositos thalamo interiore locaras
In stratis, superumq. animo uersabat honores,
Cęlo fixa, decus multum egregio enitet ore.
Qualis in Eois Arabum regionibus ales,
Quē Phœnica vocant, ramis super ilicis altæ
Aut palmæ nidum sibi construit obsitus æuo,
Et casia, & myrrha, & nardi beneolētis aristis.
Pluraq. quæ senium accensis in odoribus vrāt,
Substernit, demptoq. situ reuirescat, ab igni
Iam nouus exoritur, cristis, nitidusq. iuuenta.
Iā parat Assyrios petere, atq. Hyperionis ort⁹.
Stant circum mœsti comites matresq. viriq.

Deinq

Dantq. oēs lacrymas perculſa mente dolētes,
Quos longæua parens ſolatur vocibus iſtis.
Hactenus in terris ſocij, nunc viribus ægram
Effœtis me dulcis amor ſuper Aetheia nati
Poſcit, noſtrorum requies ea certa laborum.
At vero quoniā mortis mora libera nulli eſt,
Quiſq; s ades memor hęc haud aſpnāda teneto
Dū tibi vita manet, nec adhuc crudelibus vm-
Occubat, incautè ꝯmiſſa piacula quondā (bris
Crebra dole, & labes multa vigil exue cura,
Anteueni, atq; incumbe operis meliorib⁹ acer,
Aut opibus, ſi qua dabitur, ſuccurrere egenis
Præſtiterit, ſaltem aut languentes eripe caſu
Indigno miſerante animo, dictisq. leuato
Mollibus, & fratrē inualidū ne deſere frater.
Hauſt⁹aquę miſo dat⁹ haud mercede carebit.
Tum mentem ſubeant crudelia funera nati.
His anima aſſultus contra firmabitur hoſtis,
Nūc hos, nūc illos aditus, dū explorat, & inſtat
Acrior apparens diro morientibus ore.
Quin etiā, vt ꝓhibēt, hoc rerū cardine adactū
Sanctorum inuaſit penitus præcordia frigus.
Et quidam (facies aperit ſe tanta) reperti
Qui cecidere animis obliti penè ſalutis.
Obijciunt tū nigra acies (nāq. omnia norunt)
Quæ mala cunq; tibi iuueniles acta per annos
Obnixa vſq. adeo nō cedere dū grauis aut hàc
Aut illàc de ſpe cadat, aut affectet olympum
Spiritus aerias iam iam ceſſurus in auras.

Ipſe

Ipſe Deus quærit fandi memor, atque nefandi
Quæ vitæ merita, aut fuerint, q̃ crimina cuiq;,
Omne nefas igne exuri, vitiumq́; neceſſe eſt
Quod non eluitur terris, hinc carcere multi
Incluſi horrifero luſtrantur vindice flamma.
Illinc ad cœlum nemo niſi purus ab omni
Labe volat, recipitq́; inſigni è fronde coronã.
Terminus hic vitę breuis eſt, mox ecce repente
Exitio omne ſatum dabitur populãte per orbẽ
Vndique diffuſa totum flamma ignibus atris.
Omnes cernere erit tum res cõſidere in ignes,
Nec poterunt ęſtus impunè euadere tantos.
Certa pijs requies poſt rerum incendia rurſus
Corpora cum ſument animę ſua priſtina quęq;
Siderea excipient redeuntes atria ab igni
Vltrici ad blandi iucunda incendia amoris.
Iam tuba terribilem ſonitum dabit, ocyus oſſa
Quot ſũt, & quot erũt, fuerãtq; ab origine mũdi
Omnibus ĩ lucẽ emergẽt reuocata ſepulchris,
In latis diffuſa locis, & valle reducta,
Lectorum comitum duodena excelſa niteſcẽt,
Hinc folia, atq; hinc, in medio dux arbiter or-
Nube ſedens q̃ſitor erit, tot millia dextra (bis
Humanum genus, ante illum læuaq; iacebunt,
Pro meritis vt quiſq; ſuis ſua pręmia ſumant,
Ille animas vacua, aut complere ſedilia cœli,
Aut ſtatuet ſtygijs obnoxam inſidere flammis.
Nec iuuat hic pęnas vitam traxiſſe per omnes.
Hos non longa dies, nec gratia liberat vlla.

Qui sparsi Nabathea colunt, & Persica regna.
Sole sub occiduo quos alluit amnis Iberi.
Quos vrit Boreæ penetrabile frigus ab Arcto.
Quiq; tenent sedes positas sub sidere Cancri.
Hunc subeunt qui corda notis mortalia cæcis
Rupe sub Buboica luserunt,quiq; per orbem
Turbata in folijs cecinerunt carmina ventis.
Velleribus stratis qui nocte iacentibus alto
Albumeæ responsa dabant horrentia luco.
Qui terras diuersi habitãt, mundiq; vagantur
Partibus in varijs profugi, nullosq; penates
Nec loca certa tenẽt, liquidis q; tractibꝰ errãt.
Qui suadent malefacta,artes & mille nocendi.
Quiq; cient pluuias tempestatesq; sonoras.
Diuersa huc properãt omnes regione profecti.
Nulla aue placatus patrias Epidaurius aras
Deseruit serpẽs, sacrataq; dona sacello(nasq;
Pergameo, opprobrio insignes Tricasq; Api-
Arcadas isti animis liquere furentibus, illi
Idalium nemus,& Colchos,atq; Hellespontũ,
Gryneus lucus,Paros,& Parnasia rupes,
Et Patara,& quõdã Phœbo celeberrima tellus
Delphica muta silet,Graijsq; oracula quercus.
Dodone vacua est,Cynthusq; altusq; Phaselis.
Cum Delo Tenedos,Chrise,Syrosq; Clarosq.
Cyrra iacet deserta,& mons soractis & olim
Clara Rhodos miro latè memorata Colosso.
Cultor hyperboreus delubra iacentia linquit
Primitias frugum nullo accipiente relatas.

Non

Non Phocis, nō Lesbos hēt sua numina tēplis.
Quæq; colebantur Thebis, Nyseęq; feraci,
quæ populis siculæ telluris & vrbis Eleusis,
Dindyma cui cordi celsæ Berecynthus & Idæ.
Quæq; ingens Ephesi, tēplūq; insigne colūnis.
Quæq; & Auentini tenuere cacumina collis.
Orchomeno Ogygio quę summo ī honore fuē
Quæ Prænestinā fallebant vocibus vrbē, (rūt.
Posthabito excedūt adytis sibi thuris honore.
Nulli templa samo, nulli celebrata Prosinnæ.
Nullum Argis numē, nullum gentiq; Phalissæ.
Deseritur Rhodope cū fulmine Thermodōtis.
sarmaticiq; Getæ, Odrysiæ & regionis alūni.
Quęq; fuit cultrix excelsi montis Ithini, (nas:
Nunc colit obscurasq; domos, humilesq; cauer
Numē abesse suis quærit, quoq; Lāpsacos aris,
Quaprupedemq; illi nequidquā cedere tardū,
Ansere placari nusquam miratur Osyrim
Barbara gens tacitoq; excedit limine templi,
Omnes prætereà coluit quos stulta vetustas
Huc coeuntq; ruūtq;, domus fremitu alta remu
Coruorū qualis decedens agmine magno(git,
E pastu increpuit densis exercitus alis.
Qualesvè agricolis dum impendet frigidus im
Exercēt ranæ limoso in gurgite linguas (ber,
Litibus, atq. canunt veterē vasto ore querelā.
stagna sonant rauco strepitu longeq; resultāt.
Tunc princeps vmbrarum vnco tellure tridēti,
Percussa & toruo compressit murmura vultu,

Huc deīde, atq; illuc flãmãtia lumina torquẽs
Pectore tartareis ita pleno vocibus infit.
Magnanimi heroes cœlo qui ducitis ortum,
Sub quorum pedibus vertiq; regiq; videtis,
Sed frustrà, Oceanũ quà Sol cũcta ãbit vtrũq;.
Ex quo nos penitus superis excludimur oris,
Atq; huc posse vnq̃ nobis remeare negatũ est,
Obijcibus quos oppositis chaos vndiq; claudat
Ingens, obstructisq; vmbræ conuallibus abdát;
Non leue sit studium saltem postremavè cura
Antiqua populos sub relligione tueri.
Maiestas vigeat pergentes culta sacrorum:
Sit qui thuricremis aris imponat honorem,
Supplicibus donis & adoret numina nostra.
Ná q̃uis tulerit Christi huc descensus & audax
Impetus exitium nobis magnamq; ruinam,
Cum fractis Erebi foribus contrà omnia iura,
Legibus & nostris contemptis carcere ab ipso,
E manibus medioq; (nefas) de corpore regni
Ereptos per vim manes cœlo intulit, vnde
Condidit expulsos terrę nos viscera in ima.
quãuis dispergant per agros noua iura nouasq;
Istius leges socia agmina, vbique sub altis
Orgia perpetuò lateant, vt nostra tenebris.
Si nos nõ erimus segnes tamen, Aethere virtus
Cognita nec desit nec bello viuida dextrà.
Si non occidimus nos funditus, ilicet hostem
Nescio quẽ ignarũ, atq; omnis virtutis egentẽ
Armis obsessum letho sternemus, & ista
Cœ-

Cœpta superstitio,& vana hæc follemnia terris
Lapsa cadent simul inuiso cum nōie Christi.
Qđ magna ex parte effectū est speroq; futurū
Amplius à vobis præsertim aduersus incitū id
Fœmineumq. genus consuetum tendere mutis
Piscibus insidias nodosaq; retia tantùm.
At quoniam veteres non obliuiscitur iras
Impatiens regni consortis & ęmulus ille,
Qui quōdā nobis dedit hoc habitare barathrū,
Nec requiescit adhuc, ęuūq; agitare malignus
Non sinit, hac ꝙ pœniteat loca plena malorū
Scilicet ęternaq; horrentia nocte dedisse.
Inuidiæ stimulis,odioq; impulsus iniquo
Tertia bella ciet non inferiora peractis.
Ingētē hāc cladē à nostris ꝓhibere necesse est
Sedibus,atq; ipsum ferro cōuertere in hostem.
Omnes confremuere, iterum sic ora resoluit.
Quæ nos arma ꝑmāt,q̄d agēdū hoc cardine re-
Vt sacra vt regio secura sit infera, dicam. (rū,
Fęmina,quæ Christū fertur peperisse,supremū
Nūc obit ægra diē, meq. ingēs cura remordet,
In partesq. animum perculsum diuidit omnes.
Ne forte aligeris hinc, atq; hinc septa feratur
Gentibus Aethereas rediuiuo corpore ad oras.
Hūc si nos illam permittimus ire verēdum est
Ne cunctos maneant mortales Aetheris arces.
Quippe suo coram nato supplexq. humilisq;
Vbera nudabit quæ pendens paruulus hausit
Ante oculos ponet quæq. ipse miserrima pass.

Nec parcet precib⁹, veniã, mihi credite, ab illo
Sontibus extorquebit, & orando eximet orci
Hos meritis pœnis. hic victus amore parentis
Eximio, memor & lethi exhaustiq; laboris
In melius referesq; minas trasq; remittet.
De nobis verò & regno, quocunq; relictũ est,
Actum erit. ex adytis cedemus & omnibus aris.
Hinc delubra situ sordescent inclyta monstris
Terrificis, posthac nec erit qui debita reddat
Exta, nec ardebunt positis altaria fibris.
Illaq; nota nimis totis oracula terris,
Totq; omni secli toties à gente petita,
Spreta euanescent, atque inconsulta tacebunt.
Quare agite, ò proceres, si relligionis honores
Vos nulli priscæ accendunt, si gloria rerum,
Nec tantarum ingens iam iam casura, nec aræ,
Nec cultus, nec thura mouẽt, at dãna ꝓpinqua
Quisq; sibi timeat, grauioraq;, vt vltima, pri-
Turbate exequias inimicaq; funera latè (mis,
Diripite istius mentitæ numina, quæq;
Vendicet vsque sibi diuinæ laudis honores.
Nunc tempus sęuire animis, nunc viribus vti
Omnibus & versare dolos, & cedere nusquam.
Nunc nũc vnanimes pompã percurrite in ipsã,
Inq; hominũ turbam, donec vi victa pheretrũ
Sternat humi, abiectosq; artus auulsaq; mẽbra,
Et funus lacerum tumuli sine honore relinquat
Alitibus sæuis, aut alto gurgite mersum
Vnda ferat, volet aut tenues cinis actus ĩ auras.

Nec

Nec satis hæc, neq; enim satis aut modus vllus
Quà molitur iter fusis obtexite cœlũ (in hoste.
Vmbris & tegite obscura ferrugine totum.
Ne via nota suo candore appareat, atro
Sed super inducto lateat diuersa colore.
Pro se quisq. locũ obsideat circũ agmine fuso,
Oppressa obiectu vt telorum, & capta dolosa
Fraude loci & noctis veniat raptata sub fibras.
Hic nati expendat pœnas scelerumq; suorum.
Nec verò campis à semiuiro comitatu
semina, quæ passim tam perniciosa feruntur,
seminibus iactis nolim super obruta nostris.
si non omnino licet (esto) tollere ritus
Inuisos, magica arte animos & fraude licebit
At capere, atque dolis captos inuoluere cæcis.
Hoc mecum curate omnes pro viribus vnum,
Promite nunc illas vires animosaq; quondam
Pectora, & hæc nobis tueamur inania regna.
Desierat nigrum exhortari in prælia vulgus.
Omnes exarsere, animisq. frementibus vnà
In lucem irrumpunt, ingenti murmure tellus
Ista tremit, resonatq alarum verbere cœlum.
Non secus ac si quãdo imber ruit Aethere toto
Densus aqua & multa nigrãtes grãdine nimbi,
Ingeminãt austri, atq; abruptis nubibus ignes.
Omnia noctescunt tenebris, mortẽq; minãtur
Præsentem, in terris salit illa, boumq. labores
Diluit, arboribus strages, pecoriq. satisq;.
Inuadunt primùm Solymorum mœnia celsa,

Atque aulas penetrant Cocytia mõstra, volatu
Sacraq; Pontificum contristant atria diro.
Multipliciq. acuunt animos sermone petitos.
Noxia & in digno tentant præuertere amore
Iampridem castos, & prouida pectora rerum.
Nulla mora est, quoniã vitę sunt corpore cassę,
(Vt placet assumunt, nã corpus idẽq; reponũt,
Vt decepta dolis mortalia pectora vertant)
Noctis perq; vmbras errant audacius vmbræ,
Atque die medio nullo cernente vagantur,
Insistunt vbicumque alijs miscentur & vrbes
Finitimas passim falsis rumoribus implent.
Dignaq. & indigna spargunt per tecta relatu.
Quaq. patet Samare factis præstantibus olim
Vnigenę insignita Dei, loca nulla relinquunt
Non adita, nil intactam, nil prorsus inausum.
Dũ serit hæc inimica man⁹ bacchata p vrbes,
Inuidiamq́. odiumq. animis molitur iniquum
Virginis in puros mores mortalia fallens
Corda, tenebrarum rector petit atra Simonis
Culmina, Rachelis partu quem fœta nefando
Edidit, hunc genitor Samares Antonius agro
Eduxit, sed vbi superis concessit ab oris,
Continuò studuit magicis illudere plebem
Arcibus, atque suis ne tum furialibus ausis
Quidq̃ olim deesset, Semeles se iũxerat æquo
Connubio, semele Tyrijs fax dira colonis,
Quę fuit, atq. animis iuuenũ fœdissima labes,
Altera qua mẽtes nó flectere prõptior vsquam

Arſit ad omne ſcelus, cui thurea dona cremari
Iuſſerat ipſe ſimon, etiam quamq. ipſe colebat
Vt numen ſuperumq. illi tribuebat honores.
Inferna hãc peſtis petit haud ignara nocendi,
Aſſaturq. huius ſub imagine falſa ſimonem
Vocibus his, magnoq. ſuæ virtutis amore
Implet, Tunè, inqt, mortalib⁹ Aethere ab alto
Miſſa ſalus memorem ſceleratæ vnius ob iram
Facta ſines tua per terras euertier omnes?
Fęmina, queChriſtũ peperit, nũc ſegnior annis
Extremę & vitæ in ſtratis grauis occubat hora.
ſcis quantum ipſa animis elata tu mẽtibus ibat
Ad templum, inceſſu quantũ ambitioſa per oẽs
Omnibus vſque coli ardebat mortalibus aras.
Et nunc id tendunt ſocij turba omnium egena,
ſublimemq. ferunt vno ore ad ſidera vbique.
Nempe vt poſt obitus ſupremaq. funera nemo
Non hanc templorum vulgò dignetur honore,
Vnde tuum excedat terris memorabile nomẽ,
Atq; animis prorſus hoĩum excutiatur ab actũ.
Iamq. omnes conferti aderunt vt tẽpore funus
ſupremum celebrent & ſoluant debita buſta.
At tu nil pugnans noſtram nunc accipe mentẽ.
Tu quoq. quã dicunt, lympha luſtrare, ſalubrẽ,
Teq. nouis nunc finge ſacris, & numine haberi
Ipſe nouo, hinc hoĩum poteris, q̃ mẽtib⁹ hęrẽt
Inſita liberius chriſti conuellere iuſſa,
Et tua deinde animis longè meliora ſubactis
Inſerere occultè inſpirans ſpargenſq. venenũ;

semina præcipue iacies contraria CHRISTI
Legibus, vnde ferunt insigni laude parentem,
Qua peius nil est, totoq; scelestius orbe.
His animũ accensus dictis, nec plura moratus
subiecit simulator aquis caput improb⁹ almis.
Tunc illi penitus se viscera ad intima subdit
Vmbra nocens, totas flãmis sublapsa medullas
Infecitq;, animis & crimina certa reliquit.
sicut vbi est in stabulis testa ex ardente puellę
Incautæ scintilla & fungis excidit ignis.
Hic primũ apparens vix inter gramina fumat
Arida, mox vires paulatim assumit eundo,
Corripit assurgẽs rapidis hinc culmina flãmis,
Victor & inuoluit crassa caligine cœlum,
Præsertim glomerat spirans si incendia ventus.
Haud secus infusum virus bibit ore profanus
Exitiumq. Simon animæ, quem cura coquebat
Aduentu Petri super & virtute suprema,
sanguineos torquens vultus, aciemq; malignã
Attonitus furijs gressus quocumque ferebat,
Irridetq. nouas leges, & iura retractat.
Iam ruit excelsam solymã lymphatus in vrbẽ,
Turpis & obscœno docet indulgere furori,
Fœdaq. connubia, & vetitos celebrare hyme-
Atq. sibi diuinũ audax poscebat honorẽ. (nęos.
sed magnæ infensus matri magis oĩbus vnam,
Cuius virginitas æterna agitabat amaris
Impurum stimulis, lacerat temerarius ore
Indigno, atq; onerat mores inuectus honestos.
Talia

Talia per solymos samareiaq. arua vagari
Nuntia fama repens Genitricis perculit aures.
Quæ quanq̃ alta Dei fixa atq. immota manere
Consilia haud nescit, frigetq. effœta senecta,
suppliciter tamẽ has effudit ad Aethera voces.
sũme Pater, qui res hominũ ratione gubernas
Aeterna, atq. tuo sine numine ab arbore lapsa
Nulla cadunt folia, & nulli de vertice crines,
Cernis vt insultet magica arte simonq. feratur
Per medias vrbes? tumidusq. immanibus ausis
Orbe ruat toto, placitisq. auertat ab aris
Composito faciles delusas carmine mentes?
Tendat vt oblinere inuoluens, & vertere fundo
Acceptas leges, dataq. omnes iura per oras?
sacrorumq. nouos ritus, vnde aurea terris
Relligio & pietas, atq. almæ gloria Romæ?
Incassumne tui genitor patiere cruorem
Effusum gnati? frustrà exhaustosq. labores?
Pristina redde, oro, miseris quos impius egit
In diuersa simon, tenebrasq. nefasque resolue.
Da pater insidias, talemq. euadere pestem.
Delecti, vt iussum est, proceres spargere p orbẽ
semina sinceræ fidei, & præcepta salutis,
sed malus agricola iniecit super horrida vbiq.
Talibus orabat, cœlumq; intenta tuetur.
Audijt astrifero residens Deus axe precantem,
Atq. ita mœrentem dulci est affatus amore,
Parce metu dilecta mihi, tãtum ipse furorem,
Quo rapitur præceps animi per inane volutus,

Defendam,& solem depulsa nube reducam.
Impia sic cecidit Babylon, sic fluctibus atris
Obrutus est durus Pharao sua vota secutus,
Ipsa fides legesq. sacræ, quas natus in orbe
condidit humani generis dum sponte saluti
consulit effuso cumulans benefacta cruore
Arbore in infami,nutabunt,nulla tamen vis
Infera qua steterint poterit conuellere sede.
Ventorum vt furijs e[illegible]a puppis in alto
Aestuat, & quamuis [illegible]i crebra fatiscat,
Vsq; inuicta minas tñ[illegible]mnit aquarum.
Adueniet iustum tempu[illegible], ne[illegible]ccerse,profanus
Cum pęnas dabit iste mihi,Petrus ordine lógo
Lectorum comitum fallaces eruet herbas
Haud virtutis inops diuinæ,haud ĩdignus oris.
quin illo (status hic műdo atq. hæc tpa rerum
Procedent,donec soluantur cuncta per ignem)
Quæ mihi relligio placeat, quæ iura docente,
Conuersa ad lucem gens omnis nocte fugata,
Nos colet vsq., recẽs & sacra incœpta tenebit.
Qui verò ingratus,nosq. vltrò auertitur errans
Qualis & iste, pio cœtu seiunctus ab omni
Palmes vt arescit fœcunda è vite recisus,
Arentiq. manet neglectus littore truncus,
sic omni hic vita spoliatus honore iacebit.
Arida cœlestis nil pectora iuuerit imber,
Vnde pijs vires robur fluit omnibus vnde,
Mutatus syluestrem animű nisi rursus ad aras
Offensas numen sibi conciliauit amicum.

Sic etiam Roma armipotens fuit omnibus olim
Circumuenta dotis cæcoq. errore Deorum,
Relligione pia nunc orbis facta magistra est.
Nũc mihi sacra domus, sedesq. ĩmota sacrorũ.
Petrus ibi primùm post bella exhausta volẽtes
Per populos mea iura dedit legesq. verendas.
Atq. humili (vt cecinit vates) pede mẹnia paup
Ardua compressit, rerum mortalium inanis
Quàm vera nunc exultat pietate superba?
Vt nulla antiquæ apparent vestigia fraudis?
Ipse etiam Tybris qui gurgite decolor ante,
Nũc placidus cunctis medicatis defluit vndis.
Nil oberit tamen intereà non Romulus ensis.
Agnoscet scelus immutata, ducumq tropheis
Non tantum se iactabit quæ plurima, quãtum
Felici insignis busto senioris adempti.
Tunc addicta tuis incumbet laudibus, aris
Tũc castis proprium supplex imponet honorẽ.
Cum verò occiderint supremis omnia flãmis,
signa prius dabit illa cadens seq. inseret astris.
sic fatus maria ac terras cœlumq. profundum
Lætitia insolita perfudit, & ore sereno
Omnes arce satos cœli noua gaudia ciues
Exercere iubet, choreas, thiasosq. parare.
Audite ò dilecti, atque huc aduertite mentes.
Ducite sollennes pompas, cantusq. mouete.
Omnes sint hylaresq. chori, sint omnia læta.
In thalamo magnæ matris morientis adeste.
Et quoniam placitum est illã succedere cœlo,

No-

Nobiscũ & dignã regnanda in sceptra reponi,
Iste ministerio fidi super Aethera vectæ.
Virgineosq. artus nubes inducta coronet,
Vix hæc ediderat, visi subitò intremere omnes
Cœlestes campi iucundo murmure, & alti
Atria vbique poli resonare, ecce ordine miro
Innumeros iuuenes aulæ stellantis alumnos
Vndiq. cernere erat liquidos pcurrere tractus
Ille lyræ indulget fidibus, plectroq. canoro.
Huic ductis nũc hinc digitis, nũc inde reductis
Tibia dat varios sonitus, sunt cymbala multis,
Barbytos est alijs, alijs sunt tympana cordi.
Pars ebur argutum percurrit pollice docto.
Alter vtraque manu resonantia naulia vertit.
Ille ferit penna Cytharæ vocalia fila.
Hic septem vocum discrimina pectine pulsat,
sũt quos delectat tuba ductilis, & breue cornu,
Et dulces litui, modulantur carmina voce
Melliflua est alij, hinc cœli concentus in oris,
Hauriturq. melos longè refluentibus auris.
Parte alia terno pręcedunt ordine terni
Ter cunei superæ gentis sub principe claro,
Qua se cunq. furés dux fert sectãtur ouantes.
Magno concursu feruet via lactea cœli.
Missilibusq. adsunt onerati, horrentq. sagittis,
Haud tardi aduersos ferro prũpere in hostes,
si qui fortè sibi obstiterint subeuntibus astra,
His dura totum defenditur ęgide pectus,
Et cristis capita aratis remouentibus ignes.
Ful-

Fulminei ex humeris depẽdẽt omnibus enses.
Exultent tellis procul & fulgore coruscant.
Princeps militiæ insignis victricibus armis
Ante omnes valido fulgens hastile lacerto
Crispat agens lato ferro, latus ense sinistrum
Falcato armatur, tumida his stygij ora colubri
Edomuit cœliq; è vertice deturbauit,
Suprà omnes armisq; animisq. ardentior ibat.
Vt color haud idẽ his, sic vis diuersa volãdi est.
Nullo remigio alarum per inania librant.
Nubila se pleriq; , humeris pluma addita mul-
Percurrũt alij pernicibus Aethera plantis. (tis.
Nubib⁹ insidũt pars magna, eq̃tantq; p̃ auras.
Curribus hi rapidis vacuum per inane ferũtur.
Illi pro portis vigiles bipatentibus astant.
Missa petũt humiles celeri pars turbine terras,
Qualis vere suo caueis emissa iuuentus
Ludit apum noua progenies insignibus alis.
Tollitur en agmen cœlo dulcedine ductum
Nescio qua & magno tenues stridore p̃ auras
Concursant, cœliq; plagas clamoribus implẽt.
Sic cęlestũ animæ Aethereæ, mentesq; rotatu
Veloci Aligeræ per aperta serena volabant,
Aeraq; effusæ condensa nube secabant.
Multæ intrant etiam diuæ penetralia, circum
In numerumq; canunt fusæ pęna, iacentem
Atq; aĩum cantu, & dulci modulamine mulcẽt.
Aegra parens supera aspectans conuexa beatis
Mente locis tota hærebat, natumq. sub imis.

sensibus hauribat fixum, & depascier vnum.
Apparent certa instantis vestigia lethi;
sed frons læta tamẽ, atq; erecto lumina vultu.
stabat Ioannes supremaque dona ferebat
sacrum oleum, castisq; iuuat succũbere votis.
Iãq; propinquabat portis Petrus, ordine longo
Lectorum, vixq. introgressus mœnia lustrat.
conspicit ingentẽ concursum, & feruere cũcta
Misceri & strepitu modo quæ secura manebãt.
Attonitus tantos moueat quæ causa tumultus
Dum tacitus voluit secum paulumq. moratur.
Cernitur in media confidentissimus vrbe
Arte simõ magica vulgus strepere ĩter ineptũ.
Quem simul ac vidit (paucis etiam ante diebus
sacrilegis obstans grauis ore represserat ausis)
Protinus hunc toruo cõpellat lumine & vrget.
Tantanè te magicæ tenuit fiducia fraudis?
Infelix quis te in tenebras, & inania furta
coniecit, miserumq. alta caligine mersit?
Vsque adeònè premit nigra te nocte sepultum
Fraus inferna queas vt lucem odisse serenam?
Quid labẽ abluere antiquã tibi profuit vnda,
si nunc sacra ruens damnas legesq. refigis,
Et passim incendis varijs rumoribus vrbes?
Ause nefas tãtum superisnè hæc dona repẽdis?
Vane simon frustraq. elate immanibus orsis
Nequidquam vetitas tentasti perfidus artes,
Nec tua te incolumem patrijs ars sistet in oris.
Iam meritis commissa lues temeraria pœnis.

Hæc

Hæc Petrus.ille nihil cõtrà sed sub dolus omnẽ
E turba actutum medio sermone recessit.
Ceù tecto occultè coluber successit & vmbræ.
Vt dirum aspergat pecori ad Præsepia virus.
Pastorẽ haud latuere doli, capit impiger arma
Tollentemq; minas infesto deijcit ictu.
Nec mora iã fugiens pauidũ caput occulit altè,
In tutumq; trahit celeres exterritus orbes.
Sic tacitis iam se subduxerat improbus vrbi
Passibus,& subito ex oculis euanuit astu.
Tum senior pietate grauis meritisq; labantes
Firmabat sermone animos, monitusq; fideles
Vsq; dabat magni recolens præcepta magistri,
Ne vestris ne talem animis inducite morem,
Consortẽ vt thalami quis vestrũ fallere tẽdat,
Inq; vicem seruate fidem, post funus amatæ
Coniugis haud succumbet culpę obnoxius vlli
Qui se se volet vxori sociare secundò.
Præstat enim melius subijsse iugalia vincla
Altera quàm indignis torreri pectora flammis.
Si cui virginitas cordi,si sensibus imis
sederit,ò quæ cœlicolum magis hostia regi
Grata cadat?cœlo quibus aquẽ laudibus illam,
Aut propriũ verbis quis reddere possit honorẽ?
Sola Deo est dilecta,vel hinc dignoscite alũnis
Quod semper colitur superæ regionis, & vni
Lilia quòd sternunt omnes candentia, at ipsa
Ceù rosa purpureo ore alias formosior anteit,
Et magnis magni ad solium cumulata parẽtis.

Muneribus longè cana niue purior astat:
Huius ob inuidiam infernis excitus ab oris
Hostis atrox acuit stimulis scelerata Simonis.
Pectora, per populos q̄bus irrita iurgia iactans
In niueos mores verbis odia aspera mouit
Virginis, vnde salus nobis est orta sepultis,
In vulgum voces quas seditiosus inertem
Sparserit iste, nimis notum oĩbus arbitror esse.
Siqua animis vlli labes insedit oportet
Tollere, & infectos maculis abstergere ab actis.
Tu quoq; Virginitas annos miserata seniles,
Casta faue & mecum serua languẽtis honores.
Impuro quos ore Simon atque arte profanos
Fecit & integros est ausus carpere mores.
Nã quãuis prolẽ virgo edidit, autor olympus.
Non hic mortalis quisquam, mysteria tantùm
Nota illi sunt hæc vni impenetrabile ab imbri
Effuso iussit qui lanæ vellus, vbique
Cum madefacta forẽt hybernis cętera nimbis,
Nec tu Virginitas, cui se se vouit ab ortu
Addictam, non connubij es quoq; ꝑnuba, tãti
Conscia nec thalami, & mirandi testis honoris.
Aura potens grauidã impleuit diuinitus aluũ,
Vnde parens eadem simul intemerata remãsit.
Ioachides genitor (causas ab origine pandam
Tantarũ rerum atq; ex alto exordia summam)
Cũ viridẽ infelix traheret sine prole senectam
Templa petit, supplex quò debita dona parẽtũ
More iubebatur ter quisque offerre quotãnis,
Ipse

Ipſe quoque vt iuſſos aris adoleret honores.
Verum vbi conſpexit tendenté altaria ad ipſa.
Iſacarus templi cuſtos idemq; Sacerdos,
Sic prior aggredit dictis haud mollibus vrgés
Ioache tune, ait, inuiſus cœleſtibus iſthuc
Tendis? Sacrorum hic locus eſt, nulliq; carenti
Prole patet, nulli fas caſtum inſiſtere limen.
Increpuit, ſimul indignumq; è lumine pellit.
Ille gemens ignominiam diſceſſit, & vrbem
Conſortéq; Thori linquens petit abiete déſum
Ilicibuſq; virens nemus, & mœſtis cypariſſis.
Talibus hic fertur mœrens impleſſe querelis,
Inualidas tendens palmas, & lumina cœlo.
Ecquem hoīem ſuperi tātū premit ira tonātis?
Quæquè ſibi prolem generando ſufficit ales,
Et ſtudio educit paruam nidoſq; reuiſit.
Allicit hinc plumis tectos, & commouet alas.
Conſpicit aduerſis luctantes cornibus hędos
Inter ſe pingues viridanti in gramine mater.
Quid gen⁹ ęquoreū memoré, & gen⁹ oē fera-
Omne ſuū népe in terris genus oīa ſeruāt. (rū?
Solus ego in luctu inuiſus ſuperiſq; viriſque.
Vſq; traho hanc ſegnem defléda per ocia vitā.
Iamnè ego defunctus primæuo flore iuuentę
Nequicquam, ſperem ſeris meliora ſub annis?
Tu tamen omnigenū rerū ſator hęc potes vnus,
Corrigere, in melius triſteſq. auertere curas.
Talia ſub querulo geminabat Ioachus antro
Flens noctem lucemq; dabat ſolatia amaris

Nullaq; lamentis, luctu loca cuncta replebat.
Vos cedri testes, & coniferi Cyparissi.
Illum etiam Taburus dura inter saxa iacentem
Instrato fleuit hirsuta fronde cubili.
Illum etiam immemoré Cereris laticisq; Lyęi
Vidit molle pecus nec lætas pascitur herbas
More laborantis fontesq; auertitur, vmbræ
Non animũ nemorũ altorũ, non mollia tristem
Prata mouere queunt, casu concussus acerbo
Vota senex duplicat, multisq. altaria donis
Casta onerat, nec parcus opes partitur auitas
Pauperibus, si fortè Deus si flectitur istis.
Anna thori consors exercita turbine eodem
Curarum ipsa etiam fletu precibusq. fatigat
Aethera, si nobis, si nunc senioribus annis
Contingat soboles adeò exoptata, dicatam
Quã superũ regi voueam penetralibus almis?
Talibus insistunt intabescuntq. dolore,
Concidit in sylua radicitus eruta qualis
Pinus vbi inter se se aduersi prælia venti
Miscent vi multa, aut de cœlo tacta, fluentes
Illa iacet deiecta comas ignobile lignum.
At Deus afflictos oculis qui conspicit æquis
Mente agitat pulcro mœrentia pectora partu
Solari & veteres tandem obliuiscier iras.
Protinus ad soliũ septem ex astantibus vnum
Læta iubet puerum deferre parentibus ægris.
Vade, ait, alituum fidissime, labere pennis,
Et pete Nazaren mœrens vbi Ioachus arua
Sola

sola premit rerum ignarus sortisq; futuræ.
Se miserũ ingeminat soboles ꝙ nulla precanti
Contigit, alloquere & defer mea iussa ꝑ auras,
Felicem fore prole noua quę vindicet anguem
Tartareum, in tenebrisq. vocãs ad clara iacẽtẽ
Lumina mirificis lustret virtutibus orbem,
Vnde salus terris, & lectę gloria genti.
Sic & sola puer spes, & sera Isacus olim
Iosephusq; fati grauiore parentibus æuo.
Sic alij quorum meminit non falsa vetustas.
Scilicet hunc etiam magnarum gloria rerum
Certa manet, sunt huic etiã sua pręmia laudi,
si modo sidereas non ipse nepotibus arces
Inuidet, & natã diuino haud fraudat honore,
Quam longęua illi partu dabit Anna sub auras:
Nomen erit Maria, hæc nautis ceu fluctib. artis
Stella maris fulget sic gentibus effulgebit.
Accedat thalamos, dictorũ hæc sũma, iugales.
Iusserat, aligerisq; nonum inspirauit amorem
Mentibus, ille patris magni præcepta facessit.
sublimiq; petit delapsus ab Aethere terras,
Candida sicut auis piscosa ad flumina serij
Dum volat, atq; alis lustrat stridentibus omnẽ,
Præcipitat liquidas toto se corpore in vndas,
Dulcibus vt nidis paruas ferat inde natantes.
Haud aliter ventos scindit Galileiaq; arua
Præpetibus pennis tetigit roseo ore minister.
Panthariden armenta inter tristesq. bidentes
Conspicit in tenebris vitam luctuq; trahentem

Continuò inuadit lætis sic vocibus vsus.
(O geniture Dei matrem quæ gaudia cœlo)
Quæ pacem terris æternaq. fœdera tandem
Consilio referat nutuq; potentis olympi.
Nunc licet ex animo sumptas deponere curas,
In melius rex cœlicolum fata aspera vertit,
In solidoq; locat tua quæ modo fluxa labarēt,
Ipse poli tibi me claro demittit ab axe.
Ipse hæc ferre tibi iussit mandata per auras.
Te fore prole noua felicem,vindicet anguem
Quæ stygiū,in tenebrisq. vocās ad clara iacētē
Lumina mirificis lustret virtutibus orbem.
Vnde salus terris, & lectæ gloria genti.
Sic & sola puer spes, & sera Isacus olim
Iosephusq. fati grauiore parentibus æuo.
Sic alij quorum meminit non falsa vetustas.
Te quoque certa manet magnarū gloria rerū,
si modo sidereas non ipse nepotibus arces
Inuideas, nec nata suo fraudetur honore,
quā longæua tibi partu dabit Anna sub auras,
Nomē erat Maria, hęc nautis ceù fluctib. actis
Stella maris fulget,sic gentibus effulgebit.
Hæc ait,atq. abiēs raptim secat Aethera pēnis
Diriguit tanto aspectu, & sermonibus heros,
Obtutuq. tenet defixa immobilis ora.
Qualis vbi è patrijs decedens finibus exsul
Edicto regis iuuenis petit horrida bella.
Illum amens animi. & rumore exterrita amaro
Credidit absumptum genitrix,& fleuit acerbe.

Si

Si tandem incolumi longo post tempore sedes
Cernere & optatos liceat spectare parentes,
Confestim occurrés miseri matri oscula iũgat,
Exanimis stupet hęc, & vix sua gaudia credit.
Talis Ioachidis species,& talis in ore
Lætitia, Aethereis monitis & prole futura
Lætus adit notos senio tardante penates,
Et socia luctus gestit promissa referre
Pignora,at illa viro(neq; .n.respósa latebant)
Obuia procurrens studio processit anili,
Excipit & venientem vltrò, arridetq. loquẽti:
Nox ruit, & magna terras amplectitur vmbra,
Annaq. carpebat placidam defessa quietem.
Iamq. aduentabat roseis aurora quadrigis,
Cũ sibi visa facẽ parere atq emittere in auras
Est anus ardentẽ totum quæ accenderet orbẽ.
Tum iuxtà pueri redeuntis ab Aethere imago
Affari pauidam monstro & sic demere curas.
Ne visis terrere Deo acceptissima,partu
Illustrem dabis egregia virtute puellam,
Quę pectus lustrata haustu septemplicis ignis
Vndique diuini flammas diffundet amoris,
Atque nouo iunget vinclo sublimibus ima.
Sic canit, atque poli fugiens reuolauit in oras.
Olli effatus odor formoso è vertice somnum
Dispulit, & totis illa est labefacta medullis.
Et iam se nouies argentea luna nouarat,
Edidit Anna grauis felicia pignora in auras
Mortales,& vota Deo debentia soluit.

Paruula

Paruula adhuc etenim se se penetralib⁹ abdēs
Cœlicolum addixit regi vt voluere parentes.
Hic studio recolens vatū monimenta priorum
Affore progeniem humana sub imagine discit
Diuinam priscis promissam patribus olim.
Iamq; viro matura,& plenis nubilis annis
Iosepho iuncta est cōsanguinitate propinquo,
Virginis vt seruet thalamos,& limina custos.
Nec mora venturi qui gaudia nuntiet æui
Demissus puer est cœlo, affaturq. puellam.
salue nympha decus mūdi,te ingētibus,inquit
Effert muneribus cumulatam gratia olympi.
Rector adest superū tibi pleno numine, voces
Quid dignas memorē oīa Virgine tuta timēti?
Desuper vt subitò correptam impleuerit aura
Omnipotens curasq; metusq; vt soluerit oēs?
Hinc libet Helisaben visisse per ardua montis
Vate grauem nemo quo sanctior extitit orbe.
Ecce occurrit anus tremebunda, Deiq; parētē
Excipit aduenientem vteroq; Deū latitantem.
Erubuit virgo,mitisq; fauentibus astris
Carmine agit grates,meritos & libat honores.
Hinc Natale solum redijt,nec tēpus abactū est
In medio longum dura cum lege iubentur
Cæsaris Augusti tabulis sua nomina ferre.
Iosephus grauis atque arcano numine Virgo
Vt venere vident misceri cuncta tumultu.
Omnia plena, locos omnes lateq; teneri.
Tectum horrens culmo vacuū cōuentibus,illis
Quod

Quod tũ defessis miserans sors obtulit vltro,
Intrarunt rueret cum præceps oceano nox.
At virgo passim curis cum fessa quiescunt
Corpora per terras omnes, sub nocte silenti
Agresti totius spem mundi in gramine nullo
Acta dolore dedit, partu & sine labe soluta est.
Hic atq; hic duo q̃drupedes tepido ore fouebãt
Ah rigida in stipula recubãtẽ, & plurima flẽtẽ.
Hinc lacrymis suffusa oculos iã mater adorat
Poplite nixa suos dura ad Præsepia partus.
Inde tremens senior baculo suffultus aceruo
secum indignatur miserã sortẽ atq; inopes res.
sed q̃d agat? frustrà conãtẽ plurima, & vmbris
Impediunt nox atra, & hyems ęgrũq; fatigãt,
Iamq; exaudiri cantus, visique per auras
Aligeri cœtus, pastores vndique circum
Fusi etiam alternis tenui noua carmina auena
Fundebant, varijsq; onerabant floribus antrũ.
At non ista tamen matrem vlla parte leuabant.
In fœno recubare videt qui condidit orbem
Paupere sub tecto nec opem pro tempore ferri.
sed neq; ab Aethiopũ regione oblata mouebãt
Munera, sæua mouet violentia regis iniqui.
Enses terrificant simeonis voce canebat
Veridica moriens quos illi instare cruentos,
Multa super puero referens, & dira minatus.
Perstringitq; animum iam vox audita p̃ auras.
Eià agè rũpe moras senior tuq; optima mater,
Auferte hinc properi natum, infremit hostis,

Infre-

Infremit, & paruo funus molitur acerbum.
Aegypti tuta vix autem sede receptis
Multatos morte in cunis volat effer a fama,
Abreptosq. sinu tenerosq. sub vbere cęsos.
Horret vt agna lupo audito, timidusq. leonis
Vt lepus aduentu sic natum ad pectora dextra
Exanimata parens gelida formidine pressit.
Cętera ne Solymi sit cura audire labores
Quot voluit casusvè adijt miseranda, loquētē
Et me deficeret lux ipsa, & verba, potestis
Et vos haud rerum obliti cognoscere cuncta,
Nā tribus exactis duodena hyberna recurrūt,
Oppressi obducto cum vos velamine mentem
Illius natum mersistis funere in alto
Robore multiplici fœdatum vulnere corpus.
Nūc vos pœniteat, Christus lauit amne cruoris
Nāq. admissa sui, atq. abstergit crimina cuiq.
Quin etiam ipsa parens terris cessura relictis
Orabit vobis veniam obtestantibus, vltrò
Ergò vnà submissi omnes adeamus vbi euo(re.
Nūc cōfecta cubat, merito & decorem⁹ hono-
Protin⁹ hęc memorās senior Genitricis ad æ-
Deposite multos medius comitātib⁹ ibat. (des
Aethereis mater donis membra ægra refecta
Vt vidit proceres palmas, & lumina in illos
Tendens hoc magno sic demum affatur amore,
Vt mihi sub finem vitæ data copia fandi,
Et vos cernendi vnanimes itā sensibus oro
Omnibus ò socij, serite vndiq. semina amoris
Vni-

Vnigenæ noſtri, ſacra omnes iura fidemq;
Mēte colāt ſtabili,& mādata nouiſſima ſeruēt.
Felix qui poterit diuorum accumbere menſis.
Atque Deo canere trino noua carmina regi.
Durate, accipiet poſt tot diſcrimina feſſos
Ad requiem ducetq; Deus ſuper aſtra beatos.
Ne verò ne me caſſam iam lumine terris
Cedentemq; velim doluiſſe,ſed Aetheris alti
Trāſcriptā domibus gaudete & ſedibus aureis.
Pacem opto æternam vobis,mentēq; benignā.
Saluete, o dilectā mihi manus,atque valete.
Hæc dicens veluti languentia lumina ſomno
Demiſit moriens defeſſaq. brachia,nati
Atque anima amplexus præſentis læta petiuit.

Secundi libri finis.

PAVLI MVSCONII Archipresbyteri Soncini MARIADOS Liber III.

DIditur excelsam solymorum fama per vrbem,
Finitimasque implet certis rumoribus oras
Longæuam terris Christi excessisse parentem.
Vndique conueniunt atro velamine opertæ
Matres atque viri, tēduntq ad limina gressum
Corpus vbi exanimæ positū Genitricis amaro
Fixus Ioannes seruabat corda dolore,
Sedibus & varijs proceres pia turba profecti,
Visendi studium multos huc traxerat ardens,
Quosq. sibi meritis deuinxerat optima virgo.
Huc alij magna adducti pietate fluebant.
Tota domus tristes gemitus ad sidera tollit.
Omnia lamentis resonant, & fœmineo vlulatu.
Flebant, & memores gratæ suprema ferebant.

Pars

Pars calido exangues lauat artus flumine, tela
Siccat & albenti, & pingui perfundit oliuo.
Candentē huic tunicā pars induit, altera pallā
Inducit longam atque comas obnubit amictu.
Tū molli īponūt pheretro lacrymabile corp⁹,
Et super aspergunt immortales Amaranthos,
Pallentes violas & Amoma rosasque rubētes.
Addiciūt casiāq; crocūq; rubrosq; hyacinthos.
Qualis languescit moriens in sepibus olim
Sole sub occiduo rosa deficiente vigore.
Aut flos purpureus cum fortè papaueris imbri
Demisit grauidū caput, atq; exangue recūbit,
Fulget adhuc tn̄, atque suum decus enitet ore
Talis erat mater, tales dabat ore colores.
Ter sacra senior corpus circumtulit vnda
Spargens rore leui, ter odoro thure vaporat.
Ter ramo socios mœrentes lustrat oliuæ,
Inq; pio pius officio non temperat æger
A lacrymis lacrymisq. p̄ces immiscet obortis.
Tum pheretro subeūt, & ducūt funera Paulus
A dextra Andreasq., simonq;, & maximus ęuo
Bartholomæus, & Alpheo genitore Iacobus.
A læua Matthæus init pariterq;, Philippus.
Thaddęusq; & Matthias, Ephesiq; Sacerdos
Timotheus sacra redimitus tempora vitta.
Alternaq; canunt funebria carmina voce.
Ante omnes alta fulget Crux aurea pinu,
Mœstus Ioannes dextra quam tollit ad auras.
Vertice Idumæo effertur quà vallis opima
Geth-

(Gethsemanẽ veteres solymi vertere vocãtes.)
Secessu in longo arboribus nemorũq; tenebris
Vndiq. clausa iacet, circũ atq; horrẽtib⁹ ũbris.
Nobilis & totum factis memorata per orbem.
Funereis de more ardent funalia flammis,
Ingens præcedit comitum manus ordine lõgo,
Atque atris latè facibus diuerberat agros.
Subsequitur flentum cœtus magnoq. supremũ
Lumina deiecti gemitu comitantur honorem.
Corporis ad tactum cœcus videt, ora resoluit
Mutus & extemplo laudes est lingua locuta
Virginis, obstructis ortus quiq. auribus audit.
Hic ambas gradit plantas modo inutilis, alter
Pestibus eripitur stygijs, fluit vndiq. morbis
Casibus & varijs exercita turba, salubre
Corpus & accedens tangit, venit oĩbus inde
quippe salus, solidoq; vigent in corpore vires.
Concipiunt iam vota omnes & numen adorãt,
Oraq. diuinos spectant spirantia odores.
Aetherei iuuenes circunstant funus, & vlli
Non visi simul exequialia carmina cantant,
Talia virgineo præstari in corpore rector
Vmbrarũ ipse ferẽs haud æqua mẽte furẽtum,
Antiquũq. premens memori sub corde dolorẽ
Cõtinuò incumbit terris, tractuq. propinquat
Iudeæ, teruum aspectans tum callidus infert
se sacris miscetq. viris nec cernitur vlli.
Dein se sacrilegi præcordia vatis ad ima
Infundit, quo condere opes per fasq. nefasq;
Non

Non fuit cois studiosior alter in oris.
Hunc petit, hunc succo spargens loliginis atræ
Obruit & tumida mentem præuertit Erinny.
Tum subitò in tenues abijt euanidus auras.
Ille furens animis stimulis agitantibus intus
Horrendum infremuit rabidaq; excanduit ira,
Non secus accensus flammis liuoris iniqui
Aere cauo inclusus quã nigro sulphure obust.
Cum superãs ignis quà clausa foramina victor
Rumpit iter celeriq; fuga volat actus in auras.
Ferrea glans disclusa ruit cũ murmure magno.
Terra tremit crepitu, pulsans mortalia vexat
Corda pauor, nubes it cœlo fumida aperto
Omnia nigranti inuoluens caligine circum.
Illa altas strauit turres aut culmina templi:
Et procul, ò, ciues miseri quęnã humida nubes
Caligat visus, hebetatq; tuentibus, inquit,
Vobis obducta exitium certamq; ruinam?
Fœmina dona potest afferre salubria nobis?
Nonnè fuit labes nostrorum prima malorum?
Sic ista, istius primis sic notus ab annis
Filius euersor legum veterumq; sacrorum,
Demisere neci quem fœda ob crimina patres.
Si pro numine erit mulier hæc, credite, ritus
Siquis adhuc superest abolebit funditus oẽs.
Hoc mecum prohibete nefas ac tollite pestem,
Nulla obstet mora, surgentẽ restinguite flãmã,
Ante per incautas quàm serpant didita gentes.
Primus ego ereptos templis vlciscar honores.

Turbatisq; ingens auertam hoc dedecus aris.
Talia vociferans furijs bacchator anhelo
Pectore, quaq; ferunt socij inuiolabile corpus
Irruit, & manibus sceleratis sternere tendit.
Vix, ecce, admouit pheretro moribūdus vtrasq.
Palmas, non habuit palmas quas inde referret,
Viribus amissis prostratus humi cadit ille,
Orantem veniam & iam se peccasse fatentem.
Accepit Petrus tamen, offensosq; parentis
Hunc manes iussit sacris placare litatis,
Brachiaq. abscissis manibus cōiūgere trunca.
Tum robur mutilis redijt in pristina palmis,
Atque suo solidę steterunt in corpore vires.
Ter socios sparsit senior lustralibus vndis,
Solatusq. omnes ingenti mole sepulchri
Condidit exanimem dixit supremaq; verba.
Iamq; adeò exequijs solenni more solutis,
Extēplo tumulum capit, accinctusq. virorum
Conuentu ardentes oculos hùc torsit & illuc,
Eq; imo voces has tandem pectore rumpit.
Vos, genus electū, q̄bus vltrò rector olympi est
Tot bona largitus, vos, inquam, tendere cōtra
Numen adhuc cœli audetis? dementia vestris
Quænā tanta animis? hebetes temerarius error
Quis vos tātus habet, raptatq; per auia cæcos?
In dubiumnè fides signis spectata vocatur,
Ante oculos interq; manus quæ ꝓdita vestras?
An vos, vt potius reor, & sic credere dignū est,
Obliti meritorum illi dona ista refertis?
Sci-

Scilicet vt nihil intactum, & restaret inausum,
Impulsu appetitis corpus cœleste maligno
Illius vnde salus labenti prodijt orbi.
Vos quæsò nebulis tandem ratione fugatis,
Huius ad exemplum vestros cōponite mores,
Et specimen veræ virtutis sumite ab illa.
Nec pudeat, regum de stirpe trahebat honorē.
Semina si prima excutiam seriemq. priorum.
Dinumerē vatū nulla omni hac Virgine ab æuo
Nobilior, primùm pater Abras ille fidelis
Princeps, hinc altus fuit Isacus, inde Iacobus
Progenitus, mox bisseni voluentibus astris,
Virginis vnde domus, pceres viguere, tribusq.
Gens in bissenas omnis proscissa per illos.
Maximus ex illis Iudæa nomen Iudas
Insignis pietate dedit, patribusq. relictis
Bisseptem in medio, Dauides inclyta proles
Hinc oritur princeps regū, genus vnde parētis
Exanimæ, iam debentis cœlestibus oris.
Diuersæ, profugi quas nos lustrauimus, vrbes
Hāc vnā exoptant, precibusq. in vota reposcūt,
Sacratisq; illi suspendunt munera templis.
Quàm multi populi petiere ad regna vocatam
Mittentes illi sceptrum atque insignia regum?
quàm multæq; sibi voluere adiungere gentes?
Huic saltem meriti semper reddūtur honores.
Reginamq; vocant seruatricemq; salutant
Humani generis, rerum dominamq; patētem.
Exuuiasq; colunt casto quo pectore debent,

Reddita apud memores ne abolescat gratia fi
Forsitã huius erat vita vlla labe notanda? (fi
Hanc nullum crinale aurũ, non purpura mou
Picta, nec auratæ fulgentia tegmina pallæ.
Simplicis at cultus studiosa, omnisq; paratu
Inscia, non animis elata tumentibus ibat.
Sed grauis incessu cunctis mitisq; humilisq;,
Ah quoties inopum casus miserata leuauit
Arte sua, & victu inuigilãs mẽbra ęgra refeci
Vtq; ibat forma ante alias præstantior omne
Atquè vt nulla sui simil s fuit aut erit vnquãm
sic nulla integrè magis ac magis omne pudic
Aeuum egit, niuei & flammas spirauit amori
Et magis illa animi anteiuit virtutibus omne
Quin et à teneris operũ haud ignara Minerua
sedula se longo exercens ad lumina penso,
Aut etiam arguto percurrens pectine telas
Ducebat segnem non lenta per ocia vitam.
Qua vestem mater teneros parui induit artus
Ipsa suis quondam manibus confecerat, vsu
Illa nec attrita est longo durabilis æuo.
Nequa igitur desides fugiat vigilantia mentes,
Discite iustitiam docti, atquè assuescite recto.
Talia dum memorat senior pro tempore, cœtu
E medio iuuenis quo non præstantior alter
Corpore nec procerum fuit agmine castior o
surgit & ingressus dictis hæc insuper addit.
Dicam equidẽ ignarus fandi licet inq; peritus.
Quæcunq; his oculis coram nos vidimus ipsi,

Quos

Quos sibi curarum socios in rebus egenis
Dignata est natum post in sua regna reuersum
sancta parens, vos huc animos adhibete fidéq;
Pauca tamen referã subeant cũ plurima nobis,
Deficiant vires ne rerum mole grauatæ
In medio cursu, Quis.n. satis explicet vnquam
Illius æternas mortali carmine laudes,
Quã pater elegit sponsam ante exordia mũdi,
Filius & matrem intemeratam, spiritus almus
Atq; sibi augustũ vt templum sine labe pararit?
Cui primũ assimilẽ hãc toto cũ prorsus in orbe
Exemplo careat? cœlis sublimior illa est.
Mentibus aligeris felicior, omnipotentem
Ad regem accedit propius quàm cũcta creata.
Par opus huic rerũ summus nõ condidit autor,
Quo mare, quo tellus, quo cœlũ gaudet, & oẽs
Cultores sancti exultant, naturaq; secum
Obstupet, atq; hẽt vberius sua robora olympo
Gratia, & Aethereis quo ciuibus, & suus vnà
Crescit honos gñi humano & sua gloria venit.
Hãc prisci vates celebrant sub imagine rerum,
Oreq; veridico prædicunt nube latentem
In multa & picta abstrusam, caligine noctis.
Hac nascente omnis labes iam desijt, omnisq;
Est in ea virtus fundata, omnesq. tenebræ
In tenues abeunt auras penitusq. fugantur.
Hac nascente exorta est lux mortalibus alma.
Mors perijt, vita incœpit, nostræq; salutis
spes data, q̃ nulli fuerat non prorsus adempta;

Sanctius hac nil est cretum neq; purius, vna
Cũctarũ quas prisca ętas super Aethera tollit,
Integritate sua superans, obliuia fecit.
Non ea vis quę nos turpes impellit ad ignes,
Virginis in pectus diuinum serpsit, ab omni
Labe illa exemit, sed gratia numinis almi.
Nulla ergo vt nos vllius violentia motus
Hanc lęsit quam subiectam ratione regebat,
Vnde leui haud poterat culpę succũbere victa
Concordes motus cœlesti in amore vigebant.
Hæc formosa quidẽ verũ illabefacta, videndo
Alliciens animos ad amores vertit honestos,
Illicitosq; suis compescuit ignibus ignes
Pabula substituẽs contraria vt æstibus vmbrã,
Vt fessis requiẽ, vt liquidã sitientibus vndam.
Intereà sæuit non segnior inferus hostis
More suo infestis stant circunfusa sagittis.
Mõstra horrenda, ausis nec victa absistere põt.
Tendunt insidias, intentantq. vndiq; mortem.
Si quis præstanti forma commotus, honore
Oris & egregio contrà illam fortè tetendit
Turpẽ aciem furijs immanibus actus ab hoste.
In scelerum diua impurum ceù spicula acuta
Ardentes oculos ira coniecit, & acri
Terruit aspectu ĩdignãs, grauiterq. minata est.
Qualis gemma micat tecto interiore reliquit
Quam rex in mensa positam sub nocte silenti,
Hinc atq; hinc vibrat radios præclara nitẽtes,
Aurea & obstantes vincit sparso igne tenebras.

Talis

Talis ab ore nitor (liceat componere magnis
Parua) repercutiens erupit virginis almæ
Mortales visus facibusq. mouebat honestis.
Tantus honos inerat vultu virtusq. venusque.
Nec se quanta fuit maiestas, & decor oris
Explicuit, sed quantũ erat his satis indulgebat,
Lasciuis animis quo indigna & fœda moueret,
Insereretq. suum mira dulcedine amorem.
Quin etiam illius modo turpia arataq; rugis
Ora videbantur rosei modo plena decoris,
Vt timor & sola vt reuerentia pectore inesset.
quã memorãda mihi succurrũt multa? sed illud
Addiciam saltẽ quoniam feror æquore magno,
Illa Dei selecta domus, specimenq; pudoris
Precipuum, sedes diuini & idonea amoris,
Hospitiumq. capax altę virtutis, inhærens
Pectore cuius amor sincera, & mente vigebat
Cast⁹, erat humilis, verbis grauis, ore modesta.
Integra vitę adeò vt risus non fuderit vnquam,
Sæpe autẽ lacrymas, leuibus certe illa loquelis
Abstinuit, patiens operum, nec lenta resedit,
Sed veterũ incũbẽs vatum monimẽta legebat,
Aethereosq. animo, tractus & tota subibat
Summota à vulgi cętu penetralia diuum,
Digna polo tantùm regnare & digna coronis
sidereis, hominum precibus votisq. vocari.
Talis erat puro ante Dei quàm pectore prolem
Conciperet, qualis verò illa fuisse putanda est
cũ grauida arcanum gestaret numen in aluo,

Ipsa paréſq; Dei omnipotẽtis digna vocata eſt?
Aura potens totos fuerat quæ infuſa per artus
Virginis, immunem non tantum labis auitæ
Reddidit expertemq; notæ exitialis, at vllis
Subiectam leuibus noxis hanc noluit eſſe,
Extinguẽs penitus naſcẽtẽ è fomite flammam
Antiquo, ipsũ aũt vt colubrũ cõpreſſit habenis
Cæruleum totum fundentem virus in orbem.
singula complecti quis verſibus audeat vnquã?
Sub finem iuuet hæc etiam ſubiungere pauca.
Qua ſe cunquè tulit pedibus candentia paſſim
Lilia ſurgebant, ſpirabant vndique flores.
Fragrabant dulce, varijs & odoribus auræ.
Quocunque illa autem flexit ſua lumina phœbi
Sidereos clari longè ſuperantia vultus,
Omnia ridebant poſito ſqualore repente.
Omnia iucundo latè ſplendore nitebant.
Vidiſſes cautes, vidiſſes ſcrupea ſaxa
Paſſim exultare, & motare cacumina quercus.
Fortunatam omnes matrẽ cum prole canebãt.
Quis talem ac tantã merito non tollat honore?
Ponite nunc Syluestrẽ aĩum moreſq; ſiniſtros,
Pœniteatq; auſis quiſquis temerauit in quis
Virgineum corpus quod adorat miſſa ſupernè
Certatim manus atq; ingenti occurrit honore.
Conſtanteſq; animis hac relligione manete.
Nonnè autem tres hic ſoles totidemq; peractæ
Sunt noctes ex quo noſtras venientia ad aures
Carmina dulciſonũq; melos hauritur ab alto?

Hæc nequeũt fieri ſine numine Virginis huius,
Quæ ſuperis ipſis colitur ſuperumq; parenti.
Nos quoq; pmoniti hãc p carmĩa lęta voecem9.
Talia perſtabat memorans, toto agmine nemo
Non dolet incuſans vitæ malefacta prioris.
Hæc autem egregius dum intentis oĩbus heros
Mira refert, curiſq; acuens melioribus intus
Accendit penitus cœleſtium inania corda,
Ecce acri prouectus equo procerũ agmine corã
Conſtitit in veſte ignota puer, inde repente
Sic placido cœpit cunctis mirantibus ore.
Dicite vos comites Chriſti magnæq; parentis
Electi ſocij (neque enim neſcimus acerba
Funera quę Deus eſt paſſus ſub mole caduca,
Sponteq; quot caſus voluit pro crimine mũdi.)
Mater vbi eſt? eteñ hũc nos venim9 illi9 ergò.
Exigua vrbs colitur nõ lõgè hinc vbere Edeſſa
Diues agri Euphratẽ media ĩter & oſtia Tigris,
Et ſtudijs pacis placidiſſima, & hoſpita legis
Vnigenæ veſtri regis fideiq; verenda.
Rex Abagarus (ijt veſtras ſi id nomẽ ad aures)
Non meriti oblitus, non ingratuſq; ſalutis
Acceptæ tenet, oratũ huc (quãdo optimus ille
Tot factis cœli nunc victor regnat in aula)
Nos miſit, velit in partem vt ſuccedere regnĩ
Saltem optata parens, ſociaſq capeſſere ſedes.
Atq; hic Thaddæus, meritis cui cognit9 heros,
Cõſcius & rerũ & gratæ non immemor vrbis.
Cũcta ego nũc paucis abſoluã, aduertite, dixit,

Quodq;

Quodq; mihi exactū est nřo ,p munere pādi
Tēpore quo Christus Solymū tēdebat ad vrbi
Ingenti acceptus plausu & sectante caterua
Innumera, longo correptus membra veterno
Vchanides cura afflictus vexante trahebat
Inuisam in luctu vitam cæcisq; tenebris.
Quas herbas non arcessit miserabilis heros?
Quo tandē nō est medicamine & artibus vsus
Siqua tenax via fortè malū propelleret ægro
Inualidis hæret morbi vis addita membris
Nescia pręsidio humano, & medica arte leuari
sicubi pars sincera valet, pars altera turpi
Pullulat illuuie taboq; absumitur atro.
Immundusq. fluit sudor per olentia membra
Quid faciat? doctas nō iā artes quærere refert
Non medicas adhibere manus, diuina petātur
Rex, ait, auxilia humanum quādo effera pesti
Ingenium exuperat, superi labor vltimus iste
Debetur vobis, tantùm & concessa potestas.
Nulla mora est, corā iā in regia tecta minist
Accersitus adest, fido cui talia mandat.
Vade, ait, ad Christum toti præstantibus orbi
Notum orsis, nunc Iudæas, sic venit ad aures,
Illustrat diuus factis insignibus oras.
Hæc mea dicta illi perfer, sua maxima virtus
Nos duxit positæ quæsitum munera vitæ.
Aut Deus ipse, Dei aut non inficiāda propag
Succedat tectis, nostræq; salutifer vrbi
Adsit, opemq; ferat tandem miseratus egeno

Spes

spes tantum posita est nobis certissima in illo.
Quæq; illi est meditata dolos & funera gẽtem
Arce mea exceptus deludat & impia vota
Vrbẽ habeat q̃ parua quidẽ, sed cõmoda vtriq;.
Dixerat, ille celer regis mandata ferebat.
Et iam Phęnicum qua surgunt vertice colles
Transierat, solymumq; arces & celsa videbat
Culmina, tũ Aethereus mõstris ĩmanib⁹ heros
Insignibat agros solymum comitantibus illum
Non paucis vitę dantem præcepta beatæ.
Nuncius in mediũ veniens dũ terga premẽtem
Affari tendit lentè gradientis aselli,
Multa super solymis flẽtẽq. & acerba minãtẽ,
Ante tulit gressum genitrix & magna putãtem
Noluit affari propiusvè accedere quenquam,
Docta sed aduentus causam dimisit amicis
Legatum verbis, dedit & sperare salutem.
Felices quorum nullis fiducia signis
nititur, inquit, & auditis iam pectore credunt
Cõstanti, ascripti superis sua pręmia habebũt.
Nunc verò haud fas est regale insistere limen.
Iussa prius peragẽda instant haud mollia p̃ris.
Aeterni, vna salus oritur mortalibus vnde.
Post vbi erit cæde abluta cœli arce receptus,
Mittet tũ è socijs qui regem in pristina reddat.
Ne dubita, regi dabitur legate quod optas.
His animum arrexit dictis, ego deinde ꝑfectus
sorte data accessi huc arrepto tẽpore, præsens
Auxiliumq; tuli, tenebras & luce fugaui.

Atque

Atque omnem sacra gentem lustrauimus vnda,
Ac veterum eluimus scelus exitiale parentum,
Quà sit iter cęlo ostendi & quo tramite eũdũ.
Tunc senior mater, dixit, quam quæris ab oris
Tres soles nostris migrans qua parte resedit
Natus ouans regnat sublimi in vertice olympi.
Nũc autem inferias ferimus de more, supremo
Et mœsti, vt cernis, decoram⁹ honore sepulchrũ.
Atque omnes magno circũ clamore frementes
soluimus hæc clauso deserti debita busto.
Ne tamen in curis desint solatia regi,
Virginis & tantæ semper memor excitet ægrã
spemq; fidemq; suo quãuis munimine nixam.
Accipe quam socius Lucas mira arte tabellam
Depinxit, viden' effigiem vultusq. habitusq;
Virgineæ matris? rex vna hac præside vester,
Totaq; gens omnes poterit superare labores,
Dum pius hæc princeps tacito mirabitur ora
Obtutu, intentosq. oculos huc voluet & illuc,
Mentẽ animũq; sacra succensus imagine diuæ
Vsque colat supplex & pręsens numen adoret.
Nuncius hoc pulchro donatus munere ad oras
Venerat vnde, adijt, regemq. petiuit Edessę.
Intereà Thomas casu stupefactus acerbo,
Vt qui soluendis aberat mœstissimus vnus
Exequijs, properat quò circumfusa loquentis
Stabat ab ore manus pendens matresq; viriq;.
Increpitansq; moram recludi marmor vt aura
Defunctæ videat corpus rogat anxius ore.

In

In latus impulſo ſaxo nil præter amictus
Conſpicit, his largo fletu dans oſcula fatur.
Magna parẽs vecta es volucri ſup. Aethera gẽ-
Iamq; tenes cęleſte ſolum, ſanctoq. senatu (te.
Vna ades, inſolita & requie ſecura triumphas
Curarum nobis ſperataq. gaudia paſcis,
Obſtupuere omnes, ſenior ſtupet inſcius ipſe,
Lætaturq. ſimul ſecum mox talibus infit.
Res hodie bene geſta viri, gaudete, precando
Natum apud illa ſuum nos vſque tuebitur oẽs.
Proſequitur Thomas, atq. ordine ſingula pãdit,
Audite ò cuncti, ſpes & iam diſcite veſtras.
Nulli audita cano, dictis aduertite mentes.
Namque improuisò monſtris cęleſtibus actus,
Parthorumq; oram linquẽs populoſq. feroces,
Dũ mare veliuolũ rediẽs præteruehor iſthùc,
Vidi ſigna abitus ſanctæ hinc manifeſta parẽtis
Ad cœlum, alituum cœtu ſtipata volucri
In nube auriflua cœli conuexa petebat.
Protinus arrectis tacitus ſic auribus aſto,
Concentus hauſi varios cantuſq. per auras
Felicis populi circùm plaudentibus alis.
Mens mihi læua fuit, nec credere talia quiui.
Vidi egomet (nã mane erat & tũc candidus aer
Inſuetoq; nitore & mira luce coruſcus)
Vidi ferro acies inſtructas Aetheris alti
Atq; huc atque illuc tractu concurrere aperto
Vndique, miſceriq; procul radiantibus armis.
Aſſimiles pennas fuluis quatit ille ſmaragdis.

Flam-

Flammiferos ardens imitantia terga pyropos
Alter habet, humeri luti fulgore nitebant
Huic crocei, varios referebant mille colores
Centum alij quales tellus fert dedala flores
Vere nouo grauis illa sinus vbi pādit honestos,
Et pingit varijs ornata coloribus arua.
Murmure multiplici latè resonabat olympus,
Feruere & ingenti fremitu supera ardua longè.
At stygius specula se caligante reductus
Bello exponebat paulatim exercitus omnis
Nubila densa inter, sæuisq. ardere sagittis.
Infremuere omnes subito gemitumq. dedere,
Vt videre procul venientem in nube serena,
Fatiferisq. armis inimicosq. agmine septam.
Exarsere animis, dolor ossibus ęstuat ingens.
Arma fremunt, æris rauci canor aduocat oēs.
Accelerant, facieq. tegunt loca peruia noctis.
Lata poli reboant diris stridoribus arua.
Qualis acerba sonat dū plurimus asper asylus
Peruolitat luces silari Alburnumq. virentem
Ilicibus, pauidā effugiunt armenta per agros.
Concutitur cœlum mugitu ac ripa Tanagri.
Tales edebant clamores infera monstra,
Dum se se horribiles exercent percita in iras,
Ingētesq. acuunt animos, & in arma parant se.
Hac iter est maletutum aīs adeuntibus astra.
Tendentes ad regna poli felicia nobis
Gēs inimica rapit nā sępe Acherūtis ad ūbras
Nunc mihi militi ę cœli fortissime princeps,
Quo

Quo pugnante acies stygia Aethere cessit aba-
Da posse ęterno versu cóprēdere ab oris (ĉta,
Quæ manus infernis vos ausa lacessere ferro,
Dum viuens iterũ corpus rediuiuaq; membra
Virginis aligeri ad cœlum comitantur alumni.
Tu mihi inexhaustas in carmine suffice vires,
Tu cantusq. moue & mecum decurre laborem.
Primus it ante alios confidentissimus omnes
Ipse Erebi rector spirans immanē tridenti.
Igniuomis alto tot vertice sibilat hydris,
sulphureæ erũpunt quot toto è vertice flãmæ.
Ignea cõtorquens huc atq; huc lumina quassat.
Horrenda visu formæ sectantur euntem.
Humanas quibus est mẽtes impellere ad omne
Vis scelus, ad fastus p̄sertim & honoris inanes
Indigni curas, rerum & mortalium amorem,
Contemptumq; Dei ipsius, atque obliuia recti.
Vt sint in miseros duri immitesq; nec vnquam
Aut Cerere aut Baccho curẽt succurrere egẽis.
Nó tegere aut nudos hyberno tẽpore amictu.
Accipere hospitio aut patria tellure vagantes,
Carcere non vinctos, nec dictis mollibus ęgros
Solari vlceribus laceros immaniter artus.
Aut inhumata solo supponere corpora fosso.
Sed tumeant elati animi ambitione superba.
Vnà adsunt omnes referũtq; insigne Chymerę
Sacra manus sequitur sacro quę pectora amore
Cæca auri retinet mortalia vt indiga rerum
Fas omne abrumpant, nec seruent iura fidemq;

Diui-

Diuitijs inhient soli incumbantq. repertis.
Hi tollunt pinu Harpyæ simulacra per auras,
cẽtauri ducit signum in socia arma ministros,
quis semper cordi luxus mollesq. choreas
Desidiamq. sequi & præsentis commoda vitæ,
Et gemma bibere & sarrano sternier ostro,
Mutuaq. inter se tantum vt conuiuia curent.
At qui succendunt facibus præcordia sæuis,
Dulcibus illecebrisq. petunt iuuenesq. senesq;
In venerem soluant vt turpia corpora segnes,
Ducti alijs curis aliaq. cupidine cœlo
Expansa intrepidæ spingis nigra vela tuentur.
sed quibus ira modũ suprà est, qq; arma secu
Impia Gorgoneũ ad signũ glomerãtur, ad ira
Exacuunt tumidas, truduntq. in prælia vulgus
Atque dolos & triste nefas in pectore versant
Flãmato, hic cedes; hĩc plurima mortis imago
Acti vlulant intus stimulis immane fremuntq;
Hydra rapit dẽsos acie atq; horrẽtibus armis
Letheo hi tangunt humana papauere corda,
Et torpere graui suadent malè cauta veterno
Oblita vt fati instantis lucisq. supremæ
In noctem claudant æternam lumina, semper
Neglecta & vitæ melioris spe dormitent.
Agmina scylla furẽs claudit, cui pectora cura
Inuidiæ coquere & flammis liuoris iniqui.
Atque nouis agitare odijs, & crimina falsa
In vulgum serere ignarum, per colla colubri
septeni pendent & linguis ore trisulcis
Cre-

Crebra micãt, pariterq. intentãt cornua dens.
Hos incursantes videas prȩludere cœlo,
Quà latè obtenta densantur nocte tenebræ.
Difficiles tentare abitus, capere arte recessus.
Lucifugi agglomerãt hostes, furor oĩbus idem
Bellandi, confusa acies, nullo ordine, vixque
Quisq. suosq. duces insigniaq. atra sequuntur.
Eructant oculis flammas atque ore procaci.
Alter crispat agens validis hastile lacertis,
Insidiasq. dolosq. alter molitur opertos.
Ille manu tenditq. arcus tenditq. sagittas.
Pars rutilos ignes & torquent sulphura uiua.
Liuentis plumbi spargit pars maxima glandes.
Ardentesq. trabes & saxa ingentia iactant.
Multi etiam cæstus immani pondere gestant.
Heù quantas clades vacuũ per inane minãtur,
Necdũ acres miscẽt cãpo bella aspera aperto?
At volucres pueri diuȩ pia signa tuentes
subuectum Aetherei dextra leuaq. ministri
Ad superas sedes illustrem nube ferebant
Ignifera, thiasi circum lituiq. iubæque
circum illam volitant exercitus oĩs olympi.
Concentu varioq. & laudibus indulgebant.
Dum purum tranant facies nitet aurea cœli.
Felici aduentu pelluntur nubila, & auræ
Applaudunt, Euri subsidunt, omnia eunti
sideraq. arrident, vesperq. assurgit, & ortus.
Multi sono resonat modulatu lucidus Aether,
Et supera ingenti reboant procul ardua plausu.

F Verùm

Verùm vbi fidentem tenebris telisq; minātem
Conspexere globum hostilem de parte sinistra,
Horribilē in iaculis ferroq. immanē frementē
Ingens exarsit duris dolor ossibus, olli
subsistunt, ardētq. aduersū irrūpere in hostē,
Cōterere insultātē, vltrò & prosternere victū.
Alma parens prohibet satis est, ait, arce superbos
Deturbasse poli malè olentis in ima barathri.
Tū dextrā intentans radianti è nube minatur
Ite infelices animæ procul, ite profunda
Cocyti ad stagna & tristes Phlegetōtis ad vn-
Tartareas vndas mūdi loca turbida opti, (das,
Vix ea, præcipites cum immani turbine pestes
Collapsę cecidere retrò & subitò ītremere Ae-
Visus vti quondā claris de sedibus actæ. (ther
Hic vlulāt miseri, atq. fremūt rabido ore lupi ceu
Circū claustra ouiū, nec spes datī vlla nocendi.
Antra obscura sonāt gemitu, & clamore resul-
Magno odio rabieq. agitati crebra flagellis (tāt,
Exercent sontes & pœnis acribus vrgent.
Nubiuago intereà gressu regina subibat
Mœnia, sidereasq; fores bipatentes olympi,
Qualis ab eois vndis aurora resurgens
Inuehitur bigis cœlo præeuntibus astris.
Multa nitēt circum radijs, & multa sequuntur.
Quocunque inflectit vultus & lumina vertit,
Nil illa irradiat præclarius, omnia cedunt
Astra simul, spargit diffuso lumine terras
Ipsa autē & totū illustrat nitidissima cœlum.

Nec

Nec lõgè absistunt centũ pulchro ore ministrę.
Omnes succinctæ candenti corpora amictu.
Quas inter grauis incessu vultuq; decoro
Cana Fides, Spes atque vna fidissima, puros
Nuda sinus, intonsa comas, exerta lacertos,
Crinibus, & fusis Pietas per eburnea colla.
Immensi iuxtà stabat pia mater amoris
Fusa oculos lacrymis, pacemq. impensius erat.
Huic comes à vero cui nomen brachia tendens
Occurrit, simul & doluit communia damna.
Insequitur virgo iustissima & horrida ferrum
Sustinet hinc dextra nudum, geminasq; sinistra
Aequato lances examine, quam bona vultu
Pax vltrò inuitans verbis compellat amicis.
Da quæsò da cara soror coniungere dextram.
Amplexusq; tuos petere & dare brachia collo.
Sic dicens ambæ simul oscula mutua iungunt,
Incensiq. animi magno inflammantur amore.
Addit se sociam Prudentia vertice cano.
Quæq; acres animi motus vi temperat æqua.
Consilioq; potens & dextra viuida virtus.
Effusæ hinc atq. hinc oẽs latus vndiq; cingunt.
Obuius huic veterũ procerũ sãctissimus ordo,
Et quorum illustrata fuit mens prouida Vates
Lumine ab æthereo longè summota locuti.
Excipiũt lęti lætã & comitãtur ad arces (lympi
Stelligeras, fremit acta domus magni ardua o-
Lætitia, exercent superos noua gaudia cũctos.
Deducunt illam cœli per amœna vireta,

Per fortunatosq. locos sedesq; beatas,
Ast vbi iam clarę deuentum ad limina sedis,
Sceptra gerit circunfusis splendoribus ipse
Lucis inardescens genitor solioq; resedit.
Qui spissa quamuis lateat càligine, totus
Collucet tamen, atq; apparet lumine operto,
Seq́; vltrò erumpunt radij feriuntq; tuentes,
Solis vt obiectis nebulis tralucet opacum
Lumen & exiliunt scintillæ è nubibus aureæ.
Cóstitit hic genitrix vultus demissa modestos,
Vndique cœlicolum cœtus famulantur ouanti,
Natus in amplexu materno accensus amore
Hæsit & apprensa dextra læuaq; locauit.
Altè subnixam solio radiante pyropis.
Tum Pater omnipotēs gēmisq; auroq; coronā
Insignem ipse comę inseruit stellisq; micātem,
Sublimemq́; omnes suprà felicis alumnos
Aetheris, & tēplū super extulit omne volucrū.
Aura patens dedit esse deã, atq. afflauit honorē
Perpetuū, alituū agglomerāt circū vndiq; mil-
Millia reginãq; poli dominãq; salutant. (lium
Talia narrabat Didymus quæ credita cunctis,
Busta colunt & iam supera cœli arce receptam
In pia vota vocant, dignam insigniq. frequētes
Laude ferunt, patrio cantant & carmine læti,
Millibus è multis rerum ante exordia vt vnam
Legerit altitonans cui rex se numine pleno
Funderet, & fœcunda foret virgoq́; parensq.
Intacta, atque sui (mirabile) filia nati.

Salue

Salue integra parens, eadẽ virgo innuba salue;
Tu reparas spes amissas sola ipsa nepotum.
Tu mortale genus detentum carcere cæco
Eripis, ereptum reparataq. tollis ad astra.
Prima parens fœdo contactu fœdera rupit,
Tu rupta æterna Sanctissima lege reponis,
Intulit illa graues luctus tu gaudia terris.
Vsq; omnes macula lethali infecit ad vnum,
Sic macula infectos tu seruas ipsa nefanda.
Illa fores cœli clausit serpente subacta,
Tu colubrũ p̃mis vlta pede, & clausa ostia pan-
Salue hoĩum custos, spes & fiducia certa. (dis.
Felices per tè incipiunt procedere menses.
In fuluum mutata ætas conuertitur aurum
Ferrea, seclorum iam nascitur aureus ordo.
Tu ceù stella maris iactatis turbine fulges,
Tu lux in tenebris, tu mersis æquore portus,
Tu fessis optata quies, tu blanda voluptas.
Auertis tristes casus durosque labores.
Et quidquid nobis instatuè nocetuè malorum.
Talia collecti proceres ad busta canebant.
Et circum effusę matres omnisq. iuuentus.
Intereà genitor superos compellat & ipsam
Ingenti exceptam plausu, domus alta silescit.
Luminibus diui tacitis simul ora tenebant
Intenti, linguisq. fauent, tunc ille profatur.
Fas nunc cœlicolæ tandem terrasq. polumq;
Lætitia impleri, fas nunc celebrare choreas,
Mirificisq. modis canere vsq. per astra beatam.

Quan-

Quãdoquidẽ vt nullũ eſt illatũ ſanctius iſthuc
Numen, ſic nec erit terris præſentius vnquam.
Te verò, cui tota poli iam curia ſeruit,
Obſequturq; volens, qua tu olim ſidera adibas,
Gloria mox eadem magnas diffuſa per vrbes
Efferet, vſque tuum porrò nomenq. decuſq;
Egregium memori ſemper celebrabitur orbi.
Et Mariam Mariam latè loca cuncta ſonabunt,
Atque ferent Mariam cęlo oẽs carmine digno.
quin etiã domus ipſa vbi nata es, prima ſalutis
Edita ſunt hominumq; mihi myſteria, quæq;
Hoſpita fida fuit nato creſcentibus annis,
Dum firmata viro ac melior ſuccederet ætas,
Hæc Sacris addicta tuis toto orbe coletur.
Cum verò mille & biſcentũ hyberna decemq;
Et ſex tranſierint meſſes bis ternaq; luſtra,
Cultu ſacrilego ne gens ea tecta profanet
Barbara, ſed maneant omnes illæſa per annos
Et celebret pietate tuos, qua debet, honores
Oĩs, & hic ſoluat tibi debita munera ad aras,
Trãs ferri hanc ſedẽ Nazaræ ex vrbe per auras
Præteriterit maris Adriaci quà littora fluctus
Auſoniæ horriſonus cõtermina murmure ma-
Verberat, in ſyluam lauri de noĩe dictam, (gna
Aeternum vnde tibi nomen per ſæcula, rurſus
Abductã hinc demũ tum ſiſtere vertice collis
Ingens quò concurſus erit variæ vndiq. gentis
Atquè adeo plena polus alter & alter acerra
Thura cremans poſitio vario ſub noĩe templi

Diui-

Diuinos tibi ſuppliciter libabit honores.
Nec tua non ſacra effigies celeberrima vbique.
Prodigijs erit innumeris, ſuperabitur ingens
Ipſa fides hominũ, hinc æui licet inſcia pubes
Cum fari incipiet prima & veſtigia planta
Siſtere, felici te nomine compellabit,
Atque tua aſſueſcent inuiſere templa, ſacraſq;
Ante aras proſtrata ſolo tibi dicere laudes.
Læta aderis, nec tu vota aſpernabere felix.
Hoc quoq; vt ipſa palã & paſsĩ celebreris hono(re
Addijciam, quæcunq; tuum geſtarit ab ortu
Nomen erit Sancta pietate inſignis & æquo.
Ante aliaſq; ibit fortunatiſſima Nymphas,
Ingenium ſublime feret, nulliq; ſecunda
Præſtiterit forma pariter niueoq; pudore.
Præterea quidquid per te vnam orabitur olim
Semper honore tuo dabitur, ſemperq; recepta
Pace tuis nemo non lætus abibit ab aris.
Vix tu vix capient altaria dona quotannis
Quæ gentes aliæ atque aliæ per ſęcula ponent
Deuinctæ meritiſq. tuis & munere noſtro,
Certatimq; ferent gemmas auriq; talenta.
Itala pręcipuè tellus, totq; oppida ſaxis
Præruptis cõgeſta manu & pulcherrima Roma.
Inſuper & leni quà ſe ſe gurgite pandens
Pinguia Soncini rigat Ollius ęquora, & vndis
Vberiora facit multò felicius arua,
Tẽplũ erit aſſumptæ hic de noĩe Virginis auro
Paro illuſtre tibi, præſigniq; arte politum,

Ignibus

Ignibus ęternis & vbi aræ thure calescent,
Tibiaq. & cantus& multi soni modulatus
Te merita indictã nõ linquẽt laude frequẽter
Hęc tibi semp̃ erũt, stabilis neq; desinet ordo
Sic fatus magno præsentem afflauit amore,
Numinis ampliuaga cõplens septẽplicis auræ
Omnibus vnde fluũt plenè noua gaudia terris

FINIS.

ADOS.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm